



SLB
4370

Fa. 222.



FVNGI MECKLENBVRGENSES SELECTI.

AVCTORE
HENRICO IVLIO TODE

SYNODI WITTENBVRGENSIS PRAEPOSITO ET V. D. APVD
PRITZIERENSES MINISTRO. SOCIET. BEROL. AMIC.
NAT. CVR. NEC NON NAT. CVR. HALENS. SOD.



FASCICVLVS II.
GENERVM NOVORVM APPENDICEM ET SPAERIARVM
ACAVLIVM SVBORDINES III PRIORES
COMPLECTENS.

TABVLIS X AENEIS ADIECTIS.

LVNEBVRGI 1791.
APVD IOH. FRIED. GVIL. LEMKE.

MECKLENBURGENSIS
SELECTI
FVNGI

AVCTORE
HENRICO IVLIO TODE
SYNOBI WITTENBURGENSIS PRAEPOSITO ET V. D. APVD
PRITZNERENSIS MINISTRO. SOCIET. BEROL. AMIC.
NAT. CAR. REG. NON NAT. CAR. HALLEN. SOC.



FASCICVLVS II
GENEVM NOVOVM APPENDICEM ET SPHERARVM
ACAVILVM SVBORDINES III PRIORES
COMPLECTENS.

TABVLIS X AENEIS ADIUNCTIS.

AVAD ION. FRIED. GYIL. LENKE.
L. V. N. B. V. R. G. I. 1791.



PRAEFATIO.

Quandoquidem talium Virorum, quales instituti mei iudices mihi praefertim exoptavi, comprobatum hoc scio: iter inceptum alacriter pergo et, DEO auspice, jam generibus fungorum vulgatis appropinquo. Sed priusquam, quae Fasciculo hoc novo sunt pertractata, attingimus; ne officio nostro quoad ea, quae in priori sunt tradita, deesse videamur: potiora ex iis, quae ibi annotanda, accuratius evolventa ac castiganda postea comperi, jam breviter, age, perfringamus.

MESENTERICA tremelloides β. p. 8. interdum longe fatis lateque serpit. Sic a me visa est nuperrime, superficiem rami abietini, carie exesi, in modum ferme Byssi subterraneae SCOP. *carn. ed. 2. n. 1451*, late tegens.

ACROSPERMVM lichenoides, p. 9. in praesenti nil mihi, praeter Lichenis cujusdam foliacei, decumbentis, varietas videtur; nisi forsan peculiarem generis jam disti speciem in planta nostra agnosci praepotatas; habitus enim vere omnis eam a genere novo propulsat.

In **MEDVSVLAE labyrinthicae** Tab. III. fig. 28. c. d. e. suppeditata effigie stipes duplo saltem crassior, contra vero brevior pubidusque



pingi debuisset. Fructificationis sedes quidem in genere hoc, collectis rationibus, non nisi in villo videtur quærenda: id, quod ex specie quoque nova, a me detecta, fatis elucescere mihi videtur; sed in crustam resinofam certe non semper colliquescere villum illum, exempla fungilli denuo lecta domique asservata me docuere: unde colligo, ea, quae in descriptione expansi hujus abnormis oculis subjecta habebam, sive limacum hortensium effluvio viscido oblita; sive alia de causa fuisse depravata atque corrupta. Cæteroquin fungum hunc, sub dio aeris injuriæ expositum, denique plane disparere & maculam solummodo nigram in sede sua nativa relinquere, compertum jam mihi est & exploratum. Plura igitur in genere hoc novo superesse penitus indaganda lubentissime concedo eaque naturae scrutatoribus, si sunt, qui vestigia nostra hic premere operae pretium ducunt, e tenebris eruenda committo.

TVBERCVLARIAM *vulgarem* β . pag. 18, varietatem porro salutari supervacaneum censeo; stipitem enim speciei e globofo-ventricoso denique, more Boletorum quorundam, cylindricum simulque altioerem fieri, observationibus non dubiis jam mihi innouit.

Nova quaedam commemorabilisve HELOTII, seu Agarici elamellati, species, in foliis Hederæ terrestris a me reperta, fructificationis modum hujus generis, dubitanter a me pag. 22 traditum, jam extra aleam ponit; contra ea vox *fugacissima* e definitione ibi obvia nunc est eliminanda.

In

In MYROTHECIO, nec non in VOLVTELLA, definiendis, inductum tum temporis rationibus quibusdam specieosis, loquendi formula usum minus apposita, *repleturæ feminalis* mentionem faciens, cujus loco omnino adhibenda erat alia vulgatio, minusque vaga, *feminum* scilicet *receptaculum*. *Kolva*e vox, ibi aliasve a me pro integumento partiali fungi, vel feminum nempe, vel eorum receptaculi, sensu Hedwigiano sumpta, tum semper *velum* designat; fatius autem duco, in posterum *volvae* vocabulum non nisi in significatione trita, involucrum totale fungi junioris indicante, usurpare.

PYRENIVM *lignarium* α (pag. 33.) exoletum: h. e. postquam integumentum ejus candidum, byssaceum, evanuit, cum planta, a *celeb.* WILLDENOW, *berol. n. 1211*, sub nomine *Sphaeriae* olivaceae descripta, adeo congruere mihi videtur, ut parum absit, quin pro una eademque planta utramque habere, me quasi coactum sentiam; sed descriptio Willdenoviana pressior in causa est, ut rem in judicatum relinquare malim: praesertim cum fungillus meus, crustam illam evanescentem si excipias, in numerum plantarum simplicissimarum certo sit referendus.

HYSTERIO generi, quoad definitionem saltem, pag. 30 datam, una cum specie utraque, ibi in medium prolata, rationibus gravissimis commotus, nuncium jam remittere non haesito; observationibus enim sollicite iteratis, ceu totidem testibus, tandem evictus sum, H. quadrilabiatum re ipsa non nisi primordia alius fungi esse, *Sphaeriae* scilicet

jusdam, ad *Cirrifera* subordinem pertinentis, sed aut tempestate, aut casu alio interveniente, corruptae ac deformatae. Ast vero cum de *H. bilabiato* huc usque non nisi pauculis exemplis, eundem ramulum incolentibus, sim potitus, cumque insuper illud, sicuti loco excitato monuimus, naturae admodum tenerae fluxaeque sit; in tanto discrimine huic fungillo porro fidere, tutum consultumve minime reor. Cum vero fungorum rima transversali conchaeque figura notabilium, huc usque vero erronum, seu acephalorum, species quaedam inveniuntur, durabiles satis, ac vulgares, quo omnis palpi, oculis forte iterum obtrudendi, formido longissime removetur: hujusmodi dionaeos fungulos sub unum genus, cui *Hysterii* nomen, immutato ejus caractere, de novo posui, congregare mihi libuit, quorum jam species tres Fasciculo hoc secundo descriptae inveniuntur atque depictae.

Adjeci insuper novorum generum triadem, ut pleraque a me hactenus evulgatorum, microscopicae, si ita loqui fas est, sodalitates, quae, licet, pro re nata, definitione in singulis aequae perfecta & completa praemunire non potuerim, hoc non obstante, Viris ingenuis, recta viam secum reputantibus, nec nisi aequa postulantibus, haud ingrata fore spero. Ad nauseatores autem, si qui sunt, et omnivolos quod attingit, hosce omnes ac singulos, imprimis vero si forsan nova Systemata moliantur, data hac occasione etiam atque etiam rogo, ne generibus meis novis ullam sibi molestiam creari circulosque suos turbari sinant; quin tacito pede haec omnino transeant persuasissimumque habeant, fungillos meos, ut Systemata sua, viam certo esse inventuros.

E sphae-

E Sphaeriis a me lectis eas solummodo huc evocavi, quae aut e rariorum, quin rarissimorum, numero sunt; aut quarum saltem structura eas praecae caeteris memorabiles reddit. Ab acaulis incipiendo harum subordines tres, ex mea decuriatione priores, *Pulverulentas* puta, *Globiferas* ac *Styliferas*, hic recensui, reliquos cum Sphaeriis caulescentibus in Fasciculum tertium, DEO juvante, reponens.

Saepeius in descriptione Sphaeriarum nostrarum mentio fit tunicae cujusdam earum internae, e coagulo gelatinae, qua turgere plerumque cernuntur, formata: quae, cum primo a *celeberr.* WEIGEL observatam crediderim, sacculi Weigeliani nomine a me signatur; sed pensitatis denuo & follicite collatis, quae de sacculo hoc in Observationibus suis botanicis passim strictimque profert Vir longe eruditissimus mihi que benevolentissimus: persuasum jam mihi est, eum membranam potius illam candidam, nitentem, a pluribus postmodum scriptoribus botanicis notatam, (Tapetium candidum nobile BATSCH. *cont.* I. p. 137.) innuere. Loco igitur sacculi WEIGELII semper dici debuisset sacculus viscosus; loco autem sacculi Batschiani, Weigelianus, seu byssinus; sed rerum signa, terminos, inquam, quos vocant technicos, haud in magno ponemus discrimine, dummodo de rebus ipsis inter nos conveniamus. De sacculi caeteroquin utriusque differentia confer sis, quae pag. 8, Obf. 2. differuntur.

Iter per Sphaeriarum regionem fenticosam obnubilamque persequendo, raram per occultos ducere semitam calles, nimium, pro dolor!

lor! sum expertus. Multa intento oculo incaffum fpectavi; complufcula
per nebulam quafi confpexi; quaedam, fpero, detexi.

Proceffinari tandem defino; fed non nifi honore Viris, ex huma-
tate aequae ac doctrina fua ornatiffimis, qui confilio & re in concinnan-
dis hifce pagellis me juvare dignati funt, gratiffima in Eos mente
prius perfoluto.

Vale, LECTOR BENEVOLE, et TIBI, NATVRAE, ac ejus
GENITORI vive.



XXII. EPICHYSIVM.

Fungus sessilis, rotundato-concavus; seminibus ecaudato-globosis, distichis, filamento ramofo, aream internam obrepenti, affixis.

I. EPICHYSIVM *argenteum*.

E. Cornu copiae forma, albidum, nitidissimum, fercoreum; fauce obliqua in fundo umbilicata.

Substantia fungi membranacea; figura propemodum Cornu copiae: h. e. infundibuliformis, limbo aut elliptico, aut reniformi, patenti-reflexo; margine obsolete repando passimque subtilissime inciso; diametro plerumque sesquilineari. Faux, seu corpus ipsum fungi inferne attenuati, a linea perpendiculari plus minus recedit, centro fundi umbilicato. Assurgunt inde filamenta ramofo argentei coloris ac nitoris, quae spirarum fere in modum discum fungi anfractibus suis ad oram usque vestiunt, & ut lente admota elucescit, corporibus minutissimis, ut videtur, globosis, contiguis, aequae argenteis colore nitidisque, quae pro seminibus habeo, utriusque lateri affixis, stipantur. Superficies fungi externa laevis,

A

colore

colore ex albido virescente. Ope fibrarum quarundam, ceu totidem radicularum, stercori bovillo, cui ad orificium usque est immersum, arte adhaeret. Corrugata demum oram monstrat totusque contrahitur. Media aestate sparsim prodit; aut perraro.

OBS. interdum limbo gaudet perfecte rotundo, quod cum accidit, faux non obliquitur.

Figurae explicatio.

Tab. VIII fig. 60.

a. b. Fungi magnitudini naturali depicti.

a. Stercori immerfi;

b. hoc eruti.

c-e. Fungus ampliatius

c. oblique visus;

d. perpendiculariter sectus.

e. Segmentum fungi admodum anctum, quo facilis hujus fructificatio cerni queat.

XXIII. PERICONIA.

Fungus globosus, stipitatus; feminibus sessilibus, decutiendis, capitulum ac stipitem ubique obducentibus.

I. PERICONIA *lichenoides*.

P. capitulo globoso, vesiculari; stipite capillari, recto, rigidiusculo.

E caulibus plantarum varii generis, humi putrescentium, post pluvias tepidas progerminant fungilli mucoriformes, aggregati, in oculos haud armatos vix incurrentes. Vesicula exacte globosa & stipes capillaris firmulus, rectus, sensim pulvisculo fusco obteguntur, qui fructescentia perfecta primo de stipitis parte suprema, tum autem de reliqua ejus superficie, sub idem vero tempus de vesicula quoque dejicitur: quo facto fungus argenti instar nitet, cujus quoque colorem jam monstrat. Capitulum postea collabescendo coarctatur ad medium, seu constringitur, sicque

fioque formam sphaericam cum ovali commutat, denique vero fit rugosum. Vehementius si concutitur, decidit; stipes tum desecatur; sed nunquam decumbit. Reperi fungillum e crusta tenuissima, plana, atra, quam maculam atram forte rectius dixeris, pullulantem, mense Junio.

OBS. 1. Juniorem non vidi, quare de colore ejus, priusquam a seminibus incrustatur, rationem reddere nequeo. Vesiculae partem inferiorem, his nondum obductam, pellucidam & sanguinis draconis, ut loquuntur Pharmacopolae, amoensissimo colore tinctam vidi.

2. Descriptio hujus fungi lucem, opinor, haud parvam affundit Chordostylo byssoidi nostro (*Falsc. I. p. 33. r. 7. f. 33.*) Utrique nempe fungo stylus est pulvere deciduo conspersus, et post fructescentiam argentei nitoris; utriusque capitulum deciduum; uterque denique ab humore calido ortum & alimentum trahit et, ad habitum omnem si respicias, ad mucores referendus. Quicquid est, planta l. c. descripta ad hanc nostram multo propius accedere videtur, quam ad Chordostyla.

Figurae explicatio.

Tab. VIII fig. 61.

a. Fungi magnitudine & situ naturali picti.

b-g. Fungus eximie augmentatus.

b. Fungus pulvisculo feminali dum obtegitur.

c. Idem, hoc jam quaquaversum conspersus.

d. Idem, hunc decutere incipiens.

e. Idem, pulvere omni excusso.

f. Idem, ut capitulo deturbato demum apparet.

g. Vesicula fructificans desuper per verticem ad amussim una cum styli particula dissecta.

XIII. HYSTERIVM.

Fungus oblongo-acuminatus, cavus, sessilis, linea transversali superne findendus, feminibus globofo-ecaudatis, discum obducentibus.

OBS. 1. Rationes, quibus compulsum characterem hujus Generis Faveic. l. p. 30. suppediatum immutavi, Praefatio edocet,

A 2

2. Medium

2. Medium hoc genus inter Pezizas & Lichenes; leprosus; tuberculatus pura, seu Verrucarias Wigg. Ab his & nominatim a Lichene scripto L. (L. hebraico & pulicari Hoffm. Lich. I, 13. 14. t. 3. fig. 2. c. f.) separat praefertim, constans fungi-cavitas, feminibus nunquam farcienda, sed hic solummodo obducenda: ita ut cruitae absentia,

1. HYSTERIVM *candidum*.

H. fusiforme, papyraceum, aggregatum.

Admodum pusillum, ut greges ejus farinae sparsae grumulae videantur. Substantia fungi ac color chartae scriptoriae similis. Appropinquante fructescenciae tempore ab apice uno ad alterum usque superne finditur & tum area interna apparet pulvere fermentivo minutissimo obducta. Senescens rugosulus fit, labiis inflexis. In caulibus ex putredine cavis Brassicae oleraceae albæ vigentem saepius vidi, Aprilii.

Figurae explicatio.

Tab. VIII fig. 62.

- a. Fungorum grex magnitudine nativa depictorum.
- b. Fungi lente aucti, alter junior; alter senior.

2. HYSTERIVM *caeruleum*.

H. elongato-ovale, membranaceum, crustaceum, sparsum.

Tantillum priori majus; figura scaphulae; substantia tenuissima; superficies laevis; color dilute caeruleus. Fissuris, seu rimulis ligni quasi infixus cernitur, qualibet cymba macula cingitur nigra, quam si crustam nuncupare mavis, per me licet. Semel modo exempla hujus plantæ vidi sparsim e frusto rami quercini emortui & cortice nudati protuberantia, Septembri. Non nisi aperta inveni; id, quod facit, ut figuræ & crustæ apparentis habita ratione verear, ut fungus hujus loci sit.

Figurae explicatio.

Tab. VIII fig. 63.

- a. Fungi magnitudine ac situ naturali picti.
- b. c. Fungus ampliatus
 - b. ligno inhaerens;
 - c. e ligno remotus.

3. HYSSTE

3. HYSTERIVM *nigrum*.

H. fusiforme, coriaceum, obvelatum, aggregatum.

In epidermide ramulorum emortuorum Quercus observavi pustulas oblongas, acuminatas, quae dum fissura longitudinali aperiuntur, fungum detegunt inclusum, fusiformem, laevem, coriaceum, concavum, nigrum, velo fusco, tomentoso, angusto, eodem tractu verticem, seu plagam superiorem integram, fungi obtegentem. Sub & simul cum hoc velo per integram longitudinem ita finditur, ut conchae, sive cymbae, figuram inde obtineat. Discus massa quadam e murino cinerea, sebacea, obductus apparet, quae exsiccata femina minutissima conglabata fitit. Fungus a linea una ad sesquilineam longus tandem valde corrugatur & crispatur. Obtulit se mihi Majo mense.

Figurae explicatio.

Tab. VIII fig. 64.

- a. Fungorum agmen magnitudine nativa depictorum.
- b-e. Fungus sub lente vitrea visus.
 - b. Fissa jam epidermide; velo jam jam findendo.
 - c. Velo & capsula plane fissis.
 - d. Fungus decrepitus crispatus.
 - e. Fungus adhuc clausus extra epidermidem arboream visus.

XXIV. HYDROPHORA.

Fungus globosus, stipitatus; capitulo aqueo; stipite capillari, subrecto; fructificatione ignota.

I. HYDROPHORA *minima*.

H. capitulo crystallino; stipite recto, integro, rigidiusculo, lutescente.

Mucor tam pusillus, ut nudo oculo plane se subtrahat. Sparfim gregatimque tempore aestivo post dies pluviosos in dejectis iisdemque exsiccatis ramulis, praesertim Fagi, cortice quidem jam orbatis, sed ab incipiente putredine nondum exulceratis, lentis ope facile detegitur. Capitulum, guttula aquea limpidissima, seta ex

A 3

albido

albido Intefcente fuffultum, formam initio ovalem mox globofa mutat. Exinde fungillus per feptimanas integras nullam mutationem vifibilem fubit; tum vero globulus contabefcere incipiens, in medio magis magisque coarctatur, feu comprimitur, ufquedum plane evanefcat. De fructificatione nil certi in publicum promere poffum; vidi autem capitulorum verticem fepiffime flavedine quadam pergrata tinctum: quapropter ni fallacia forte, quam dicunt opticam, hic obtinet, feminum invifibilem fedes ibi quaerenda videtur.

OBS. Fungus hic minime rarus non confundendus eft cum Mucore microfcopico noftro in den. Schriften der Berlin. Gefellfch. naturforfeh. Er. Tom. V. p. 162, tab. 9. f. 2. defcripto,

Figurae explicatio.

Tab. VIII fig. 65.

- a. Fungus ut primo in confpectum venit, mole perquam aucta depictus.
- b. Idem, capitulo jam fucrescente.
- c. Idem, capitulo perfecto.
- d. Idem, hoc contabefcere jam incipiente.

Vidi & fpecies quasdam hac nofta majores; fed cum earum rite examinandarum ad naturamque depingendarum facultas mihi non conceffa fuit, defcriptionem earum faltem aliqualem in gratiam Mycophilorum adjiciam.

2. HYDROPHORA *tenella*.

H. capitulo cryftallino, fubpendulo; ftipite erecto, grifeo, tenello.

An Mucor *Aspergillus Scop. carn. 2. II. p. 464. n. 1642?*

Post pluvias autumnales in ramulis caulibusque putridis obfervavi longo ac denfo agmine crefcentem. Altitudo nonnullarum (3-4) linearum. Styli tenuiffimi, tenerrimi, (simplices?) Globuli vel tantillum quaffati illico confluant; ftipites vero una collapfi fratum tum byffinum frage fua conftituunt.

3. HYDROPHORA *ftorcorea*.

H. capitulo fubpellucido ftipiteque erecto, procero, fimpliciffimo, fordide lutescentibus.

Lycogala petiolatum, aquofum, flavefcens Hall. hift. n. 2145.

E fter-

E stercore humano, imbre praevio enatam semel vidi, media, ni fallor, æstate. Tota planta aquosa, colore albo passim in foede luteum, seu ochraceum, transeunte. Capitula femini Sinapis equiparanda. Styli seta suilla longe crassiores, erecti, subarcuati, triunciales ferme. Aggregate crescebat, sedem natalem agmine non interrupto occupans.

OBS. Detexti nuperrime varietatem hujus fungi in stercore canino, pluvia macerato, vegetantem & priori ab omni parte similem, magnitudine excepta, qua octuplo circiter minorem se mihi præbuit.

XXV. SPHAERIA.

Masc. Pollen superficiesi fungi vel integræ, vel ex parte, idque aut immediate, aut mediante velo, insidens.

Form. Capsula subrotunda, per apicem perforatum expellens mucilaginem, feminibus minutissimis, ecaudatis, repletam, inter ejaculandum diversimodo indurescentem.

OBS. I. Pollen illud a celeberr. Hoffmanno probe est notatum. (*Veg. cryptog. Fasc. I. Praef. & p. 11.*) Velum ubi in fungis obvenit, pollen innatum fovet. (*Hedw. Theor. generat. & fructific. pl. cryptog. p. 136.*) De varia hujus veli, in variis Sphaeriaz speciebus figura ac structura in earum tractatione ipsa sulius, quam hic commode fieri poterat, agemus.

Mucilago, feminibus foeta, capsulis aridis & vacuis mox, ut inter omnes constat, restauratur, si humectantur, sed quoties expellitur, extemplo, quin saepissime in ipso capsulae orificio rigescit. Indurescendo autem induit formam

a. Globularum minimarum fatiscientium, seu pulveris. Sphaeriaz, quibus hic rigendi mos est, mihi audiunt *Pulverulentae*.

b. Globuli solitarii, decidui, fatiscentis: *Globiferae*.

c. Styli, seu corniculi, decidui, fatiscentis: *Styliferae*. (*Serato sperma Mich.*)

d. Cetri: *Cirriferae*. (*Naemosporae Willd.*)

e. scabri, opaci, fatiscentis:

β. laevis, pellucidi, solubilis.

e. Villi evanescentis, *Villiferae*.

Diversus hic mucilaginis indurescendi modus adminiculo nobis egregio esse poterit,

Sphaeriarum cum acalium, simplicium aequae ac compositarum; tum caulescentium fungens

XXV. SPHAERIA.

gens agmen in totidem familias congruas dispescendi, singulisque speciebus locum suum ad naturae ipsius leges assignandi. Accidet vero haud raro Sphaeriarum indagatori, ut de mucilaginis illius determinato indurescendi modo nequaquam certior fieri queat: tum equidem semper ejusmodi speciem *Pulverulentis*, familiae scilicet maxime vulgari, annumerari: at usu eventire facile poterit, ut earum nonnullae ad aliam aliquando sint transitura.

† *Acaules.*

*) *Pulverulentae.*

I. SPHAERIA *mollis*.

S. simplex, atra, aggregata, nitidiuscula, subpapillata.

Figura sphaerica; sed non perfecte, basi subdepressa. Magnitudo puncti. Color externus ater cum aliquo nitore; internus fuscus. Orificium planum interdum cernitur pertusumque, interdum in papillam succrescentem elevatum. Natura corticis mollis, cultello in modum pelliculae facile cedens. Inanes saepe capsulas; refertas vero quandoque tela araneosa candida, (*Hoffm. l. c. p. 5*) in hoc fungorum genere sepiissime obvia, reperi. Densissimo agmine crescit in ramulis putridis excorticatisque Fagi. Junio.

OBS. 1. Non confundenda cum Sphaeria spermoides *Hoffm. cryptog. II. p. 12. t. 3. f. 3.*

2. Tela illa araneosa, cujus quoque meminit *Lichtf. scot. p. 1069. n. 5.* valde memorabilis mihi videtur. Gignitur haec in mucilagine Sphaeriarum replente & haud raro per orificium earum expellitur, quod cum accidit, figuram globuli candidi bombacini habet; sed mox complanatur & tum in modum veli papillam obtegit, a qua, subsequente mucilaginis spermophorae profluvio, perforatur. At vero non semper per orificium Sphaeriarum expellitur, sed in his post mucilaginis expressionem saepe sub forma telae araneosae, integram fungi cavitatem explentis, remanet. Rumpitur vero postmodum in medio & tum ad parietes Sphaeriae rupta filamenta recedunt, ubi confidentes sacculum candidum nitentem constituunt, a cel. *Bartschii* Tapetium nobile candidum appellatum; (*cont. I. p. 137.*) a sacculo consimili, e residuo mucilaginis ejaculatae quandoque formato, hujusque colorem retinente, quem *Weigelianum* a nomine primi detectoris (*Obf. 36. p. 41.*) postea semper nuncupabo, probe discernendum.

Figurae

Figurae explicatio.

Tab. IX fig. 66.

- a. Sphaeriae cohortes magnitudine naturali exhibitæ.
- b. Fungus lente ampliatus.
- c. Idem ad perpendicularum sectus.

2. SPHAERIA *tristis*.

S. simplex, aggregata, atra, immersa, lichenoides, minima, granulata.

Vix visibiles capsulae globosae, atrae, externe obsolete granulatae, e crusta tenuissima tomentosa nigra, sub lente nigro-fusca, agmine denso protuberant, ad medium usque ligno immersae. Orificium planum, seu pertusum. Capsularum parietes interne partim tapetio Batshii, seu tunica candida byssacea, vestitas inveni; partim inanes atque nudas. Obtulit se mihi haec rarior species in superficie rami cujusdam subputridi, cortice nudati. Majo

Figurae explicatio.

Tab. IX fig. 67.

- a. Fungorum agmen, magnitudine naturali pictum.
- b. c. Fungus lente auctus.
 - b. Ligno extractus.
 - c. Ligno immersus, e vertice per orificium sectus.

3. SPHAERIA *cinnabarina*.

S. simplex, sparso-aggregata, rubra, ovalis, granulata.

In apice stiptis Tremellae purpureae L. seu Tuberculariae vulgaris α nostrae (Fasc. I. p. 68.) dejecto pileolo putrescentis, nec non ad basin ejusdem fungilli enatam sparsum gregatimque vidi Sphaeriam quandam minimam colore cinnabarinum lætissimo; figura globosa aliquantulum in ovalem producta; superficie granulata, vertice depresso. Aperturam non vidi, nec mucilaginem capsulis contentam; quam vero ejusdem coloris esse inde colligo, quod has materia viscida rubra illitas conplexi. Septembri.

B

OBS.

OBS. An globuli a celeberr. *Weigel* in fundo Tremellæ purpureæ L. observat (*Obss. p. 49.*) forte Sphæria hæc nostra parasitica fuerunt? Non confundi caeterum debet cum Sphæria rubra *Wigg. holf. n. 231.*

Figuræ explicatio.

Tab. IX fig. 68.

- a. Fungi quidam magnitudine naturali picti.
- b-d. Fungus mole aucta delineatus.
 - b. Fungi nonnulli ad basin Tuberculariæ vulgaris extuberantes.
 - c. Fungus sua sede remotus.
 - d. Idem ad amissim sectus.

4. SPHAERIA *byssifeda*.

S. simplex, sparsa, mammiformis, bicorticata, crustæ filamentose innascens.

a. grisea.

Magnitudo semini æquiparanda Sinapis; figura capsulæ globi aliquantum compressi. Cortex exterior membranacens, lavis, nitidus, admodum tenuis, e livido griseus; interior crassiusculus, durior, atrii coloris. Papilla ferme conica, initio clausa, postmodum aperta. Capsulas interne sacculo *Weigelii* griseo tomentoso vestitas & mucilage ejusdem coloris repletas vidi. Singulæ, rarius geminæ, insident expanso cuidam rotundato, figura convexa, e fibris, seu filamentis firmulis, laxius contexto: mastulis hisce stuppeis confluentibus, lignumque circumquaque obducentibus. Sub finem Martii varietatem hanc pulchram æque, ac raram, reperi in ramulo Salicis albæ putrescente.

Figuræ explicatio.

Tab. IX fig. 69.

- a. Fungi sparsi magnitudine ac situ naturali.
- b, c. Fungus lente vitrea auctus
 - b. strato filamentoso exentus;
 - c. per papillam, seu e vertice, sectus.
- β. fusca.

A varietate α differt magnitudine aliquantum minori; tum colore corticis exterioris

terioris fusco; porro papillæ atræ, in formam quandoque cylindri demum succrescentis; tunica demum Weigeliana, quæ hic non tomentosa, sed viscosa ac nigra est. Crusta byssacea, ex qua sparsim protuberat, continua, fusca, filamentis longiusculis, divisis, densis, mollioribus, perplexis constat, quæ dum exsiccantur, vellus quoddam molliusculum constituunt. Capsulas nunc massâ nigra, viscida, repletas, nunc castas, tunica solummodo jamque descripta interne obtectas vidi. In cortice rami quercini putridi. Majo.

Figuræ explicatio.

Tab. IX fig. 70.

a. Fungorum acervus magnitudine naturali pictorum.

b. c. Fungus lente ampliatas

b. aetate juvenili;

c. fenescens, papilla elongata.

5. SPHAERIA *mobilis*.

S. simplex, conferta, globosa, mobilis; papilla decidua.

An Sphaeria Mori *Dickf. Cryptog. p. 22?* Descriptio saltem admodum convenit, colore excepto.

Ad minimas sui generis referenda. Capsula exacte sphaerica, lævigata, admodum tenera, seu mollis, coloris obscure fuscæ in nigrum denique transeuntis. Papillam fungus senior sæpius dejicit; est enim inilitia: quod cum fit, orificio præditus pertuso cernitur. Contiguas, quin coacervatas inveni capsulas; est enim peculiare huic nostro, ut, cum radice nulla gaudeat, facile se quaquaversus moveri sinat. Capsulas tum mucilagine dilute lurido, seu livido, repletas; tum tunica solum illa Weigeliana interne vestitas, tum omnino inanes vidi. Obvenit mihi in ramulo putrido excorticato Quercus. Majo.

OBS. E colore hujus tunicæ, seu sacculi, hic lateritio, admodum probabile mihi fit, capsulam ipsam prima juventute eodem, seu rubro colore esse tinctam; sed non nisi fuscam vidi.

Figuræ explicatio.

Tab. IX fig. 71.

a. Fungorum greges aliquot magnitudine naturali pictorum.

B 2

b. Acer-

- b. Acervus eorum lente auctorum.
 c. Fungus ampliatus ad perpendicularum sectus.

6. SPHAERIA *porphyrogona*.

S. simplex, aggregata, phialæformis, atra, crustæ tenuissimæ violacæe innata.
An Sphæræ acutæ Hoffm. crypt. I. p. 22. t. 5. f. 2. varietas?

In caulibus putridis Solani tuberosi passim apparent maculæ amene violacæe, oblongæ, unius uncie & quod excurrit longitudine. Ex hac crusta tenuissima, si mera macula crustæ nomen meretur, eminent ad medium usque capsulæ læves, atræ, minutissimæ; papilla habitiori, proceræ; corpore compresso, basi complanata. Non nisi inanes vidi. Majo.

Figuræ explicatio.

Tab. IX fig. 72.

- a. Fungi crustæ insidentes magnitudine nativa delineati.
 b. c. Fungus lente vitrea augmentatus
 b. in situ naturali;
 c. liber, ad perpendicularum sectus.

7. SPHAERIA *macrostoma*.

S. simplex, aggregato-sparfa, globosa; orificio largo, labiato.
 a. nigra.

Seminis papaveris magnitudine gregatim e ligno extuberat, colore nigrescente; externe lævis; interne non nisi vacuam conspexi. Orificium umbonatum, in formam oblongam cristæ, seu lobi, extensum, nitidum, atrum, primum e ligno emergit; capsula ipsa tunc temporis adhuc plane demersa; at paulatim ad medium usque protruditur. Crista, initio integra, postmodum in bina labia finditur; fissura hac mucilagini erumpenti exitum dante. In ligno ipso rami cujusdam, putredine admodum jam exesi, observavi Aprili mense vegetantem.

Figuræ explicatio.

Tab. IX fig. 76.

- a. Fungi aggregati ligno infixi.

b. c.

- b. c. Fungus, ut lente auctus apparet,
 b. Fungi tres, erumpens, adolescens, adultus.
 c. Fungus e vertice sectus.

β. fusca.

Admodum cum varietate α congruit, sed hac est minor & capsulae color fuscus, at osculum aequè atrum nitidumque. Detexi ramuli cujusdam putrescentis, cortice exuti, superficiei sparsim gregatimque immerfam. Majo.

γ. nigro-fusca.

A varietate praecedente in eo discrepat, quod capsula nigra sub microscopio nigro-fusca ac subto mentosa appareat, osculo spadiceo, laevi, nitido. Color capsularum interna superficiei idem est, sed dilutior: non nisi inanes vidi. Obvenit sparsim crescens in Hederæ terrestribus & Lonicerae Periclymeni stipitibus aridis Aprili & Majo.

δ. libera.

Magnitudine varietatem α aequat. Figura sphaerica; cortex exasperatus, niger, durus; osculum atrum, laeve, nitidum, subhians. Sparsim crescit, ligno haud immerfa. Capsulas omnes inanes inveni; vidi autem in frustulo ligni quercini, humi jacentis.

Figurae explicatio.

Tab. IX fig. 77.

Fungus, uti lente admota sub aspectum venit.

ε. pileata.

Cum varietate α omnino fere convenit, figura nempe sola ostioli, quæ hic est ferme ovalis, excepta; complanatur id scilicet superne, lateribus ad verticem capsulae contractis: unde cono truncato, inverso quodammodo simile fit. In ramulis aridis tum cortici, tum libro, immerfam reperi primo vere. Cortex durus & friabilis.

Figurae explicatio.

Tab. IX fig. 78.

Fungus augmentatus ligno exsculptus.

8. SPHAERIA *rostrata*.

S. simplex, aggregato-sparfa, globosa, longissime rostrata.

α. atra.

Capfula globosa, atra, extus granulata, seminis Papaveris fere magnitudine; intus sacco Batschiano candido arcte vestitam reperi, caeterum inanem. Loco papillae rostro praedita est praelongo, atro, subulato, seu ciliari, erecto, apice subinflexo, fragili, ostiolum, ut videtur, occultente. Perforat rostrum hoc lignum, capsulae scilicet demersae & sensim altiora petenti viam pandens, quae tandem ita elevatur, ut tota in conspectum veniat. In stipitibus Fagi crescit ac putrescentibus sparsim habitat. Julio.

Figurae explicatio.

Tab. IX fig. 79.

a. Fungi ligno partim infixi, partim ex hoc emergentes emerisque, magnitudine depicti naturali.

b-d. Fungus lente ampliatus.

b. Rostrum summum fungi adhuc latentis.

c. Fungus lignum supereminens.

d. Idem perpendiculariter dissectus.

β. nigro-fusca.

Tam pusilla, ut oculo non armato aegre se cernendam praebet. Capfulas nigro colore ad fuscum vergente, laeves, nitidas, molles, mucilagine cinereo-virescente repletas vidi. Apex earum cum rostro basi incrassato confluere videtur. Id cum in varietata α interdum quasi articulatum, seu geniculatum, appareat, in hac semper enode inveni. Sparsim vegetantem observavi in ramo putrido Quercus. Septembri.

OBS. Vidi varietatem granulata, aequae minutissimam, e ligno stipitis faginei putrescentis denso agmine protuberantem, capsulis ex parte mucilagine repletis, partim vero sacco Batschiano candido obductis. Julio.

Figurae explicatio.

Tab. X fig. 80.

Fungi quidam mole aucta picti, tribus eorum ligno latentibus, uno verum ex hoc jam plane emergente.

9. SPHAF-

9. SPHAERIA *comata*.

S. simplex, aggregata, globosa, vertice capillata: capillis fastigiatis, conniventibus,

α. atra. E stipulis caulibusque plantarum exsiccatas post pluvias gregatim confertimque progerminant capsulae globosae, laeves, tenerae, atrae, arenulae magnitudine, hemisphaerico superiore capillis, seu filamentis praelongis, atris, con truncati inversi figuram aemulantibus, hirtae; capillorum enim erecto-reflexorum apices ita connivent, ut culmen capillitii ferme truncatum appareat. Pondere hujus capsulae intus fusca frangitur, seu in medio dissilit. Materia tenera & leviter coerente fuscis coloris repleta est, quae sub cultello ita corrui, ut vix ejus vestigium remaneat. Aprilis fatis frequens.

OBS. Coma hujus Sphaeriae species forsitan Byssi ejusdam filamentosa, tempore vernali obvia, est. Ad basin saltem Sphaeriae Cucurbitulae (de qua infra sermo erit) omnino ferme similem observavi, decumbentem quidem initio, sed postea erectam, hancque plane obtegentem. At vero coma in hac nostra nunquam deficit.

Figurae explicatio.

Tab. M. fig. 81.

- a. Fungorum caterva magnitudine et ratione delineatorum.
 b. Fungus lente magnopere aductus.
 c. Idem, directione perpendiculari dissectus.

β. fusca.

Præcedenti varietati perfecte similis, colore excepto, qui in hac fuscus est, qualem nempe e mumiis præparare solent pictores. Multo rarior quoque est; inveniri autem confertim e ligno saligno plane putrido progerminantem Aprilis.

10. SPHAERIA *mucida*.

S. simplex, conferto-aggregata, globosa, tomentosa; cortice papillaeque atris; tomento mucido.

α. cinerea.

Confertim saepissime agninae uncialis fere mensurae provenit, magnitudine tum Sphaeriae spermoidis *Hoffm.* Sed paulo major interdum obvenit, & tum aggregata invenitur.

invenitur. Capsulæ quandoque ad ovalem figuram tantillum accedunt. Color est illis, uti papillæ, piceus, superficies lævigato-punctata. Papilla excepta, tota Sphæria villo curto, seu tomento griseo-albido, tenerrimo, molli, tecta est, quo fit, ut mucore quasi obducta appareat. Fibrarum quarundam ope, ceu tot radicatarum, ligno affigitur. Haud admodum rara species, quam tamen nusquam descryptam inveni. In lignis putrescentibus, Salicis præcipue, reperi, capsulis liquore atro-viridi repletis, mense Septembri ac Octobri.

Figuræ explicatio.

Tab. X fig. 82.

- a. Fungorum acervuli ad naturam delineati.
- b. Fungus per lentem visus.
- c. Idem per orificium recta sectus.

 β . alba.

Concordans in omnibus cum præcedente varietate; sed tomento albo obrita & rara admodum est. Sparsum ramo cuidam cortice orbato, & putredine admodum corrupto, innatam vidi. Octobri.

 γ . fusca.

De hac varietate quoque valent, quæ de prima dicta sunt; sed magnitudine hanc aliquantum antecedit & in nostra tomentum fuscum & valde delicatum est. Capsulæ lineari plerumque tractu protuberant, contiguæ; haud raro nutantes cernuntur. Papilla, principio fusca, sensim atrum colorem induit. E rimulis lignorum putridorum progerminat Septembri.

OBS, Papillæ forma a varietate α & β nonnihil differt, quam nec perforatam vidi: nescio igitur, an illis rite adjungatur.

Figuræ explicatio.

Tab. IX fig. 75.

- a. Fungorum lente auctorum series.
- b. Fungus perpendiculariter sectus.

II. SPHAERIA *calva*.

S. simplex, sparsa, atra, papillata; hemisphærio superiori glabro, inferiori hispido.

Diameter

Diameter capsulae vix dimidium lineae asequitur; color piceus; figura sphaeroida, seu mali aurantii. Sphaeria superne ad medium usque glabra; nitida; inferne fetis hispida. Ostiolum papillaeforme; capsulas inanes vidi. In ramulo dejecto, arido, observavi Martio.

Figurae explicatio.

Tab. X fig. 83.

- a. Ramuli fragmentum, cui Sphaeriae insident magnitudine nativa pictae.
- b. Sphaeria, ut sub lente apparet.
- c. Eadem ad amissum per papillam secta.

12. SPHAERIA *hispida*.

S. simplex, sparsa, pyriformis, hispida, atra.

Capsula ovata, semilineam circiter longa, cum papilla ita confluit, ut Sphaeriae figura pyro inverso similis sit. Externe fetis remotis, brevibus, ad basin vero longioribus, obsita est; intus mucilagine livido-virescente repletas capsulas vidi. Sparsum in ramulo quercino, cortice nudato, vegetantem reperi, Septembri.

Figurae explicatio.

Tab. X fig. 84.

- a. Fungorum grex magnitudine naturali pictorum.
- b. Fungus per lentem visus.
- c. Idem ad perpendicularum sectus.

13. SPHAERIA *inquinans*.

S. simplex, aggregata, obvelato-papillata, atra, immerfa; feminum glebulis ejectis cylindricis.

Sedes ejus in cortice ramorum emortuorum Aceris Pseudo-Platani, quos ferme integros occupat. Figura capsulae globosa, in papillam fastigiata; color piceus; magnitudine femine Brassicae haud multo minor; superficies utraque levis. Infixa est albarno; corticem inhabitat, papilla ad epidermidem pertingente. Increscendo dum magis magisque extenditur capsula, eodem tempore epidermis a papilla subjacente in modum pustulae elevatur, usque dum ab illa in mucilaginis ejaculatione una

C

cum

cum velo quodam albo, byssino, plano, pustulæque quasi agglutinato, perforatur: quod priusquam fit, hujus mucilaginis egurgitatae portio per orificium papillare ad latera Sphaeræ quaquaversus defluit & partes contiguas, v. c. stratum corticis superius, atro colore tingit. Seminum glebulæ, seu pastæ, quam copiosissime ejectæ, figuram exacte teretem, seu cylindri, habent, subinde arcuati, seu lunulæ: indicio manifesto, mucilaginem feminibus factam, dum per ostiolum ejicitur, in ipso ejaculationis actu, ut primum aeri exponitur, rigescere & in formam jam dictam coalescere. Floret Aprili.

OBS. I. Nequaquam igitur femina singula sicca, ut vulgo creditur, e Sphaeris evomuntur: sed ipsa mucilago femina continens expellitur, illico, ut monuimus, indurescens & sic glebulas multiformes producens, quæ in pulviaculum delicatissimum fatiscunt, & tum demum singula femina coeuntur.

2. Faciem primigeniam veli margine repandi nondum nosco, cum huc usque capsulas juveniles non viderim; dubito vero, id ortu jam suo esse planum.

Figurae explicatio.

Tab. X, fig. 85.

a. b. Fungi naturali magnitudine delineati.

a. Rami fragmentum Sphaeris sub cortice latentibus plenum.

b. Ramuli particula dissecti, quæ capsulas in cortice nidulantes ob oculos ponit.

c-f. Fungus per lentem visus.

c. Fungus cortici rami immersus, uti ad amussim e vertice dissectus apparet. Corticis stratum superius mucilaginis effluvio tinctum hic exhibetur.

d. Fungus e cortice rami extractus, adhærentibus ei hujus corticis ramentis, superficiei Sphaeræ, initio viscidæ, agglutinatis.

e. Fungus feminum pastillis cylindricis explosis ubique cinctus.

f. Velum, fungum sub epidermidis tumore latentem obtegens.

14. SPHAERIA *fissivela*.

S. coacervata, globosa, atra: massa glutinosa-farinacea, umboniformi, findenda, capsularum congeriem obtegente.

In epidermide rami emortui faginei conspexi Majo mense pustulas rotundatas

&

& ovals, linea parifina aliquantum longiores, e quarum vertice fiffa massa candida, viscido-granulata in formam umbonis, seu lobi oblongi, recti, affurgebat, quam vero, rima pustulae sensim dilatata, supra hanc depressam fieri, tum vero ibi eodem modo, & spatio, ac pustulam, findi observavi. Quo facto massa illa candida, fissurae epidermidis utrobique adhaerens & paulatim arescens, membranula erectae, undulatae, seu binis labiis, fit similis. Hians pustula prodit capsulas globosas, minimas, atras, leves, cavas, orificio visibili carentes, pustulae vero cavitatem dense replentes.

OBS. E Sphaeria spermoide materiam farinaceam ejici, observavit celeberr. Hoffmann. (Cryp-
t. II. p. 42.) Materia ista, dubia procul primum viscida, in nostra, ut videtur, granula, seu globulos farinacos, invicem conglutinat; quo fit, ut massam initia-
continua, umboniformem, postea in medio fissam, velo fiffa admodum similem, constituant. Utrum verum velum, an potius expansum feminibus conglobatis con-
stans? Non dubito quin prior sententia sit tenenda. Conf. infra Sphaeriam ultimam.

Figurae explicatio.

Tab. X fig. 86.

- a. Fungorum agmen sub epidermidis tuberculis latentium & magnitudine
nativa depictorum.
b-f. Fungus solitarius lente auctus.
b. Massa umboniformi erumpente.
c. Eadem jam fiffa.
d. Tuberculum ad perpendiculum sectum.
e. Capsula externa facie.
f. Eadem e vertice secta.

15. SPHAERIA *confluens*.

S simplex, confluens, atra, papillata, volva fugaci.

Ad Sphaerias lineares, h. e. lineari tractu lignis insidentes, pertinet. Capsulae globosae, papillatae, atrae, nitidae, praedurae, friabiles, non solum lateribus confluunt, sed quoque e substantia oblonga, convexa, quae cum corticis ipsarum massa eadem est, ceu ex basi communi, ita protuberant, ut quondam inferne liquefactae fuisse videantur. Obvolutae prima aetate cernuntur volva tenerrima, mucida, nivei coloris, quae & fundamentum illud, apparenter antea liquefactum, obtegit; sed

mox ex integumento hocce papillæ emigrant, tum superiori parte capsulæ plicæ, quæ sensim plane denudantur, denique volva penitus evanescit; remanet tamen macula candida, capsulas circumfluens in ligno. Repletas has vidi mucilagine ex livido-viridi lurida; vidi tapetium Batsehiî candidum, nitidum ad parietes internas fuscas; vidi tela araneosa Hoffmanni alias plenas; vidi & cassas. Habitat satis frequens in lignis carie confutis; præsertim Salicis. Martio viget insequentibusque mensibus.

Figuræ explicatio.

Tab. X fig. 87.

- a. Fungorum acervi nonnulli, magnitudine naturali delineati.
 b-d. Fungi ampliati
 b. Volva vel omnino, vel ex parte tecti.
 c. Volva jam denudati.
 d. Sphæria verticaliter dissecta.

16. SPHAERIA *artocreas*.

S. simplex, sparfa, atra, mammiformis; contabescendo convexo-complanata, plica annulari.

In foliis emortuis Fagi cernuntur tubercula admodum parva, sparfa, atra, retrimento Muscæ vomitorie perquam similia, quæ, si lente admota perlustrantur, Sphærias sistant mammiformes, coloris piceî, superficie leves, punctatas, papilla perforata. Senescentes dum collabescunt, forma earum ex hemisphærica plus minus sit depressior; plica enim tum apparet in media circiter superficie, papillam in modum annuli cingens, & tum fungillus artocreatis figuram quodammodo æmulatur. Cortex lentus, membranaceus. Repletas vidi capsulas pulvisculo tenerimo, griseo. Augusto.

Obs. Collapsam solummodo vidi hanc Sphæriam; sed dimensio peripheria in fungo decrepito, plicæ, seu rugæ altioris, rationem si habueris, formam primariam hemisphæricam satis manifestat.

Figuræ explicatio.

Tab. IX fig. 73.

- a. Fungi folio insidentes, magnitudine naturali picti.

b. Sphæria

- b. *Sphaeria contabescens*, sub lente visa.
 c. Eadem ad perpendicularum secta.

17. SPHAERIA *complanata*.

S. simplex, aggregata, mammiformis, pulla; collabescendo complanata.

Ad minimas referenda. Caulibus plantarum humi putrescentibus agmine longo innascitur. Figura globi, in hemisphaerio inferiori immerso compresso. Superficies scabro-tomentosa, colore nigro ad fuscum vergente, seu pullo; papilla atra, nitida. Fungus adultus, quantum e sede natali eminet, mammiformis; collapsus post mucilaginis spermophoræ explosionem, complanatur. Majo.

Figurae explicatio.

Tab. XI fig. 88.

- a. Fungorum cohors magnitudine nativa pictorum.
 b. Fungi quidam lente ampliati, ut forma nativa & collapsi apparent.
 c. Fungus adauctus ad perpendicularum sectus.

18. SPHAERIA *episphearia*.

S. simplex, aggregato-sparsa, purpurea, globosa; collabescendo complanata; papilla convexo-oblonga.

Peziza granati coloris pellucens *Hoffm. crypt. I. p. 7. Obs.*

Discum Sphaeræ stigmatis *Hoffm.* sparsim gregatimque supercrescit hæc nostra, tam parva, ut ægre oculis haud armatis contemplabilis sit. Figura ejus initio globosa, subcompressa in modum mali aurantii, papilla verticem occupante pulvinata, oblonga, nitidissima, colore purpureo saturatiori, seu granati, simili quidem admodum papillæ Sphaeræ macrostomæ, sed rima visibili nunquam prædita. Superficies fungi amœne carmasini, pellucidi, lævis, nitida. Substantia admodum tenera: quare mature collabitur Sphaeria & sensim compressa, necnon depressa; (sic a celeberr. *Hoffmann* visa & proinde pro *Peziza* habita;) tandem vero fit complanata, ambitu tum ovali, seu elliptico. Umbo quidem, papillam puta, semper figuram coloremque primitivum conservat; sed capsulæ color in morbose rubrum & ex hoc in fuscum sensim deflectit. Fungulum, vere frequentissimum, non nisi inanem vidi.

OB5. 1. Sedes ejus ordinaria quidem est Sphaeria stigma devigescens; attamen eam in ramulo quoque emortuo Cratagi Oxyacantha semel reperi.

2. In fungo hæc memorabili adhuc quedam, notatu forsan dignissima, delitescere, æquis non videt:

Figurae explicatio.

Tab. XI fig. 89.

- a. Fungillorum cohors, Sphaeriam stigma, ramuli arborei fragmentum obrepentem, incolentium. (Omnia magnitudine nativa sunt depicta.)
- b. Alia eorum cohors Sphaeriaz jam commemorataz infidentium, ut sub lente conspiciuntur.
- c-f. Fungus solitarius augmentatus
 - c. ætate juvenili, nondum collapsus;
 - d. jam collabi incipiens;
 - e. omnino collapsus.
 - f. Fungus e vertice ad perpendiculum sectus.

19. SPHAERIA moriformis.

S. simplex, aggregato-sparsa, atra, ovalis, tuberculosa.

∞. vulgaris.

Satis frequens Sphaeria hæc e ligno putrescente ramorum querneorum jam sparsim, jam aggregata pullutat, interdum ad lineæ mensuram propè accedens, sæpius vero semilineæ altitudinem vix assequens. Color piceus; substantia dura, friabilis; figura ovalis subelongata; superficies tuberculosa. Aperturam in vertice nunquam conspicatus sum, (forte minutissimam;) punctulum autem nitidum in tuberculorum apice notavi. Cavitas Sphaeriaz pulve alba repleta est, quæ cum arescit, in telam araneosam Hoffm. transformatur. Hæc ut primum in centro rupta est, ad parietes capsulæ retrahitur, ibique quasi consolidata hos membrana candida, nitente, seu tapetio nobili Batsch. obducit, denique, ut consuetudo ejus fert, evanescente. Telæ illius substantia cultello si difsecatur, cerea, seu Spermati ceti similis, sentitur. Martio ac Aprili.

OB3. A Sphaeria cinnabarina (p. 9.) nostra non solum colore & cortice duro ac friabili, sed & pediculi rudimento, cui innicitur, satis differt.

Figurae

Figurae explicatio.

Tab. XI fig. 90.

- a. Fungorum acervus magnitudine nativa pictorum.
 b. Fungus lente vitrea ampliatus.
 c. Idem ad amissim sectus, uti, tela araneosa in membranam candidam jam converſa, interne stratus cernitur.

β. fasciculata.

A varietate præcedente in eo solum differt, quod capsulae e basi communi homogenea, oblonga, sub epidermide ligni latente, confectae proceantur, unde hæc pro Sphaeria composita habenda est. Finditur quoque eundem in modum, ut in compositis, cortici arboreo immerſis, epidermidis pustula, quo facta capsulae appressæ e rima prominent. Pustulae oblongae, utrimque acuminatae, transversales, bilineares inveniuntur. Rariorem hanc varietatem in ramo Coryli Avellanæ emortuo conspexi, Aprilii. Capsulas subcylindricas partim tela araneosa candida repletas, partim vacuas inveni.

γ. globosa.

Figura hujus globosa mali aurantii, interdum pulvinata; magnitudo seminis Papaveris. Quoad cætera cum varietate α congruit. Mucilagine capsulas repletas vidi; sed colorem hujus vulgarem lividum pedetentim dilutiorem fieri & in albidum demum transire, tum vero in pulvem illam albam coagulari, ex qua sensim tela araneosa, centro dehiscens, oritur, in hac varietate observavi. E ligno carioso Salicis sparſum progerminat plantula inter rarissimas referenda, Majo.

Figurae explicatio.

Tab. XI fig. 91.

- a. Fungi quidam magnitudine naturali repræsentati.
 b. Fungus per microscopium visus.

20. SPHAERIA *talus*.

S. composita, tuberculosa, monosticha, nivea; tuberculis truncatis, polymorphis; sphaerulis globosis, atris.

©BS. *Monosticha* mihi Sphaeria est, cujus sphaerulae aliae aliis non incumbunt; sed in unicam modo seriem digestæ inveniuntur,

α. cylin-

α . cylindrica.

De cortice variarum arborum, præsertim Alni, tubercula cylindrica, apice convexa, densissime pullulare cernuntur, semine Brassicæ paulo minora. Rumpitur cito apex, seu epidermidis protuberantis vertex, impulsu massæ cujusdam inclusæ, candidæ, fibrosæ, elasticæ, quæ materia quadam, colore quidem eadem; sed substantia diversa, initio byssina, tenella; posthæc autem læviori, compactiori, superfrata & cum isthac coalita videtur. Quæ si recte sint inspectata & judicata, ut equidem opinor, habemus hic dubio procul velum, sphæriculas initio demersas obtengens; sed successu temporis hæc tam in altum tolluntur elastica massæ fibrosæ vi, ut mediæ demum e velo contabescente emineant. Interea tubercula, figuram superne truncatam affumentia, sphæriculis globosis, atris, vertice perforatis, in disco fungi & versus ejus oram jam sparsim apparentibus, ad similitudinem talorum lusiorum satis accedunt. Vidi sæpenumero Majo.

Figuræ explicatio.

Tab. XI fig. 92.

- a. Frustum corticis alnei, pustulis, seu tuberculis, scabri, magnitudine nativa delineatum.
- b. Particula hujus corticis, ex quo fungi quinque lente ampliati protuberant.
- c. Sphæria admodum augmentata adolescens.
- d. Eadem adulta, h. e. sphæriculis e substantia fungi jam emicantibus conspicua.
- e. Sphæria ad perpendicularum dissecta.

 β . fulcata.

Minor priori, pustulis cylindricis brevioribus. Sphæriculæ fulcatæ mihi sunt visæ. Sparsim ramulum quandam dejectum, aridum, ab illa obsessum vidi Martio.

Figuræ explicatio.

Tab. XI fig. 93.

Sphæricula, sub lente uti apparet.

 γ . pileata.

In varietate hac, e cortice ramorum demortuorum Aceris Pseudo-Platani gregatim progerminante, forma tuberculorum conum truncatum refert, cujus vertici velum

velum orbiculatum, prominens, demum depressum & margine passim incisum, infidet, pileum quasi efformans, e quo sphaerulae emergunt compressae. Senescentia modo fungi exempla vidi Aprilii. Magnitudine varietati β aequalis.

OBS. An Sphaeria nivea Hoffm. *crypt.* p. I. p. 28. t. 6. f. 1?

Figurae explicatio.

Tab. XI fig. 80.

Fungi tres ampliati in situ naturali.

 δ . licheniformis.

Facie externa admodum variat. Tubercula quidem teretia, sed altitudine varietatibus praecedentibus inferiora; adde, quod forma rotundata in fungo fenescente fitat oblonga, margine tunc subangulato. Globuli, nitidi magis, quam in varietate α & β , sunt exserti & non solum ad oram, sed in toto fungi disco sparsi cernuntur. Materia quadam inspissata & quasi cerea constant, quae qua plus aet, eo plus in centro dehiscere incipit. Massa quoque alba, cui sunt infixi, arescit & tum rimulis hic & illic distincta, seu silla, apparet. At vero figura haud raro conspicitur ovali, utrimque acuminata; epidermide quidem, quae Sphaeriam cingit, prominente, sed massa ipsa illius vix ac ne vix quidem ultra corticem, cui incubat, emergente. Sphaerulae tum aut ad marginem contiguae in formam rosarii, seu lineae globulorum precatoriorum, dispositae conspiciuntur; aut in angulo utroque disci constipatae commorantur. Varietatem hanc polymorpham & forte ad Lichenes crustaceos amandandam observavi in ramulis aridis Coryli Avellanae Martio.

Figurae explicatio.

Tab. XI fig. 95.

- a. Fungorum agmen, e ramulo sicco protuberantium, magnitudine naturali pictorum.
- b-e. Fungus lente adauctus
- b. adultus;
 - c. fenescens;
 - d. sphaerulis contiguis, aream margine cingentibus.
 - e. sphaerulis confertis, angulum Sphaeriae utrumque occupantibus.
- f-h. Sphaerula admodum augmentata,

D

f. facie

f. facie externa;

g. ad perpendicularum secta, cum in centro dehiscit.

h. Sphaerulae substantiae fungi immerse eodemque modo sectae.

e. conferta.

Sphaerulae in hac integrum discum occupant, ut nullum igitur massae candidae, has excipientis, vestigium appareat. Magnitudo earum eadem, ac in varietatibus praecedentibus; substantia cereae similis; sed aliquantum durior; figura sphaerica, compressa. Inveni Martio in cortice ramuli arborei exsiccati sparsim crescentem.

Figurae explicatio.

Tab. XI fig. 94.

a. Fungorum hexas magnitudine nativa pictorum.

b. Fungi duo lente ampliati.

c. Sphaerula admodum aucta.

d. Eadem ad perpendicularum dissecta.

21. SPHAERIA placenta.

S. composita, rotunda, complanata, tuberculosa, monosticha; sphaerulis globoso-acuminatis, connatis, atris.

Figurae fungi placenta rotundae, subconvexae; magnitudo lineae & quod excurrit; superficies laevis; discus colliculosus; color niger in arida; nigro-fulvescens in humectata Sphaeria; substantia fibrosa; cortex inseparabilis. Sphaerulae atrae, globosae, vertice tantillum producto, lateribus connatae, unica serie crescentes, nitidae. Sedes fungi in epidermide ramulorum exsiccorum. Majo.

Figurae explicatio.

Tab. XII fig. 97.

a. Fungi ramulum demortuum incolentes, magnitudine naturali picti.

b. Fungus per lentem visus.

c. Idem verticali directione dissectus.

d. Sphaerula adaucta.

e. Eadem, uti perfecta cernitur.

22. SPHAE-

22. SPHAERIA *natans*.

S. composita, subrotunda, convexo-plana, aggregata, atra, monosticha; cortice superne colliculoso, substantiam viscidulam, indurescentem continente; sphaerulis aggregatis, albis.

E cortice ramorum demortuorum Sambuci nigrae dense erumpunt tubercula rotunda & interdum ovalia, atra, convexa initio, demum plana, epidermidis ruptae laciniis circumcincta, disco femilineari, colliculis densis exasperato. Dissecta folliculum sistant membranaceum atrum, liquore subviscido livido, h. e. mucilagine feminifera, huic generi peculiari, repletum: quapropter primo obtutu pro Sphaeria simplici haberi facile potest. At nantes conspiciuntur immediate sub disco fungilli adolescentis sphaerulae monostichae, albae, globosae, vertice producto acuminatae, solidae, sed sensim cavescentes, quarum papillae, vesiculae plagam superincumbentem trudentes, huicque forte insertae, colliculis jam jam distis ortum dant. Liquor ipse viscidus, initio aqueus, in massam ceream coloris e cinereo albensis coagulat, haud raro interne dehiscentem. Aperturam in colliculis, forte ob nimiam ejus parvitatem, non vidi; adesse enim, nullus dubito. Fructificationis modum hujus Sphaeriae omnino ignoro; singularem vero esse, ipsa fungi fructura monet. Senescens nitet, mensibus Martio ac Aprili frequentissimus.

Figurae explicatio.

Tab. XII fig. 98.

- a. Fungorum agmen ad naturam pictum.
- b. Fungus admodum ampliatus.
- c. Idem per verticem recta sectus.
- d. Sphaerula adaucta.
- e. Eadem ad amissum secta.

23. SPHAERIA *aeruginosa*.

S. composita, oblonga, convexa, sparsa, aquae marinae colore, monosticha; substantia & sphaerulis atris.

Non confundenda cum Sphaeria flavovirescente *Hoffm. crypt. I. p. 10. t. 2. f. 4*, ad quam sane accedit quoad figuram oblongam, placentae similem, quam

D 2

interdum

interdum acuminatam utrimque & a linea una ad tres usque extensam inveni, latitudine plus minus lineari. Convexam nonnunquam, sed & planam vidi. Superficies tomentosa, squalide viridis instar aquæ marinæ. Eminent ex illa, unam modo feriem constituentes, sphaerulæ atræ, nitidæ, compresso-acuminatæ, perforatæ & substantiæ concolori, compactæ, ad papillam usque immersæ, quas inanes inveni. Innotuit mihi sparsim in ramulo putrescente, delibrato, querno, crescens. Julio.

Figuræ explicatio.

Tab. XII fig. 99.

- a. Fungi nonnulli, magnitudine ac sede naturali delineati.
- b. Fungus sub lente visus.
- c. Idem medio dissectus.
- d. Sphaerula mole perquam aucta.
- e. Eadem e vertice secta.

24. SPHAERIA *castorea*.

S. composita, subglobosa, aggregato-sparsa, aequalis, nigra, monosticha; volva fusca, fugaci; sphaerulis atris.

Prodit e ligno putrescente, sparsim gregatimque, figura mali aurantii, interdum ovali, diametro lineari, ad duas lineas nonnunquam extenso. Integumento obducta cernitur, tomento nimirum angusto, byssino, tenerissimo, coloris fuscii dilutioris, seu castorei, quod cum evanuit, cortex niger, aequalis, in conspectum venit, a substantia fungi resinosa, friabili, inseparabilis; quin, ut videtur, ab ea, colore excepto, re vera non diversus. Massa hæc, seu corpus Sphaeræ, si verticaliter secatur, lobos planos, arte obvolutos, inferne vero connatos, h. e. vasa constrictoria, seu emulgentia, e quibus ad modum aliarum Sphaeriarum conflata est, sic satis manifestat, ut is certe, cui vasa hæc, constrictione spontanea sphaerulas, mucilage plena, evacuantia, jam aliunde innötuerunt, hic ea haud difficulter recognoscat. Sphaerulæ ovales, acuminatæ, ostiolo suo superficiem fungi, seu, si mavis, corticem ejus, perforant. Inanes vidi, sacco candido, vulgato, interne inductas. Communicavit perbenevole mecum exempla recens lecta clariss. *Timm.* Junio.

OBS. Involucrumne illud tenerissimum, fugax, in specie hac, ut in aliis, v. c. Sph. conflante & Sph. radiante, illico describenda, ipsum pollen; an ejus fortassis receptaculum

est?

est? Saragant ceterum de hac vexabili Sphaeriarum volva fugaci Viri in ejusmodi rebus scrutandis & judicandis me aciores.

Figurae explicatio.

Tab. XII fig. 100.

a. Sphaeræ ætate impares, magnitudine nativa pictæ.

b. Sphaeria mole aucta, ut volva induta cernitur.

c. Eadem sectione verticali divisa.

d. Sphaerula adaucta, simili modo dissecta.

e. Eadem integra.

25. SPHAERIA *radians*.

S. composita, subglobosa, aggregato-sparsa, subtuberculosa, atra, submonoflora; volva pulverulenta, fulva; sphaerulis albis.

E ligno quærneo, putrescente, sparsim gregatimque protuberant forma vel rotunda, vel ovali, globi satis compressi, sive pulvinati, magnitudine Sphaeræ præcedentis. Incrustati sunt pulvisculo coloris e luteo, rubro fuscoque mixti, h. e. fulvo-testacei. Sed integumentum illud pulverulentum, digitis atrestatum, facile defricatur, & tum comparet cortex fungi ipse inseparabilis, ater, nitidus, initio æqualis, tandem vero modice tuberculosus. Quod si Sphaeriam hanc, cultello per ejus verticem ducto, secueris, subjacentes videbis cortici sphaerulas albas, globosas, papilla procera, in modum pyri inversi, umbonatas & in unum tabulatum dispositas, quibus tamen interdum succubant hic vel illic aliæ sphaerulæ ejusdem coloris, globosæ, papilla carentes. Massula grisea, apparenter viscosa, utrumque earum genus repletum observavi. Nidulantur in strato quodum albido, compacto quidem, sed nec fibroso, neque resinoso, substantiam Sphaeræ circumdante & cum hac connata. Pulveri carbonum illa ipsa quidem externa facie similis est; ceream vero, si percinditur, se monstrat, superficie segmentorum nitente; id, quod naturam ejus resinofam, seu gummosam, arguit. Sed solemne huic Sphaeræ est, ut centro, seu nucleo, gaudeat albo, capitulo clavæ militaris, muricatæ, simili, & hanc ob causam radiante quasi. Progerminat radians hocce viscus immediate e ligno, cui Sphaeria ope tuberculi cujusdam affigitur; porriguntur vero ejus radii quaquaversus in massam carbonariam & in stratum albidum jam descriptum, sphaerularum scilicet

habitaculum; quin probabiliter ad ipsamet pertingunt; ductus enim, fucco nutritio provehendo destinati, esse videntur, qui & in aliis Sphaeriis haud raro observantur. Et hunc fungum munificentiae *Timmii* mei acceptum refero.

- OB5. 1. Stratum in Sphaetiis compositis sphaerulas fovens celeberrimo *Hoffmanno* (l. c. Praef.) pollinis congeries videtur. Quod si non sine causa dicitur Vir doctissimus, id, quod volvam nuncupo, in hac saltem specie cum polline nil commune habere potest.
2. Accedit quidem Sphaeria nostra ad Sph. Lycoperdoidem & *Weig.* sed in hac sphaerulae sunt nigrae, & integumentum externum omnes veri corticis notas habet.

Figurae explicatio.

Tab. XII fig. 101.

- a. Fungi nonnulli magnitudine nativa depicti.
- b. Fungus lente auctus, integumento pulverulento instratus, cujus per plagam defricatam cortex ater conspicitur.
- c. Idem ad perpendiculum una cum nodulo muricato centrali sectus.
- d. Sphaerula admodum ampliata.
- e. Eadem e vertice, una cum fratri, cui immerfa est, particula, perpendiculariter difsecta.

26. SPHAERIA *lenta*.

S. composita, lentiformis, aggregata, lenta, pulla, monosticha; sphaerulis globosis. Diameter ejus duarum, vel trium linearum. Lentis figuram habet, disco gibbo, margine compresso, subrepando & exsiccatione undulato. Discus pullus, ad luridum vergens, laevis; in fungo vieto rugosulus, centro depresso. Substantia candida, lenta, fibrosa, valida; cortex inseparabilis ab illa mihi est visus. Prope hunc sphaerularum unica series cernitur. Globosas vidi & coloris albi; sed potius sphaerularum primordia fuisse autumo, cum Sphaeria haec, ut omnia testantur, ad Hypoxylorum familiam pertineat. Crescit fungus gregatim confertimque, duobus, tribus quatuorve haud raro connatis. Conspiciendum se mihi praebuit in trunco excisae Fagi putrescente & simul in radicibus ejus, terra leviter tectis. Septembri.

Figurae explicatio.

Tab. XII fig. 102.

- a. Funguli duo magnitudine naturali delineati.

b. Sphaeria,

- b. Sphaeria, uti prima aetate comparet.
- c. Alia jam adulta.
- d. Sphaeriae tres ejusdem aetatis, connatae.
- e. Sphaeria lente aucta, ut ad perpendicularum dissecta cernitur.

27. SPHAERIA *Ribis*.

S. composita, convexo-oblonga, aggregata, purpurascens, monosticha; sphaerulis ovalibus, papillatis, prominulis.

E cortice ramorum demortuorum Ribis rubrae protuberat, rupta eorum epidermide, qua circumsepta postea conspicitur. Agmine non interrupto pustulae hae transversales, oblongae, lineam vix longitudine exaequant, virgulas aridas cingunt. Fungus ipse oblongus, modice convexus, cortice laevi, inseparabili, purpureo-badio; substantia siccae plantulae lanuginosa, levidenti, e cinereo albescente. Ex hac prominent una eademque serie, ad medium ferme, sphaerulae cortici concolores, laeves, sed absque nitore, ovales, papillate, quas massa quadam albida, cerato simili, repletas inveni. Substantiae fungi non firmiter infixae sunt, quare facillime ab hac separantur; sed evulsis ex ea portiuncula lanuginis memoratae plerumque adhæret. Non nisi exempla aetate proventa vidi. Majo.

OBS. Admodum speciei insequenti similis est; a qua tamen sphaerularum figura ovali potissimum differt.

Figurae explicatio.

Tab. XII fig. 103.

- a. Sphaeriarum agmen, naturali magnitudine pictarum.
- b. Sphaeria per lentem visa.
- c. Eadem ad amissum secta.
- d. Sphaerula admodum ampliata.
- e. Eadem e vertice dissecta.
- f. Sphaerula evulsa, cui inferne substantiae lanuginosae panicula adhæret.

28. SPHAERIA *decidua*.

S. composita, oblongo-convexa, aggregata, monosticha; substantia flava; sphaerulis globofo-papillatis, rubris, prominentibus, deciduis.

Ad

Ad modum proxime precedentis ex epidermide ramorum demortuorum eademque specie externa erumpit; at vero magnitudine hanc sæpius antecellit. Substantia a cute lævi inseparabilis est, seu, ut rectius dicam, cutis veri nominis omnino abest, uti in Sphæria jam nominata. Solidam se prodit & cerei quidpiam habentem, coloris in superficie straminei, interne vero aurantii, in aureum expallescentis. Sphæriculas vix ad medium usque immerfas excipit, confertas, globosas, obsolete punctatas, miniatas, papilla coccinea, decidua, umbonatas, quæ cum confuescunt, colorem nativum cum miniato-flavescente, seu Arsenici rubri, languidi, mutant, in papilla semper vividiori, & ex alveolis suis sæpius excidunt. Inanes vidi mense Martio in ramulo arido, alneo.

Obs. Eodem mense conspexi varietatem, ut videtur, hujus Sphærie, sed tum temporis obsoletam. Aequali modo epidermidem ramorum emortuorum in tubercula extendit & tum rumpit. Figura rotunda & oblonga, convexa, diametro a linea una ad tres exrensâ. Substantia solida, subsucculenta, coloris amene ferruginei. Sphæricula atro-purpureæ, ovales, collabescendo vertice quasi truncata & tum nigrescentes, papillatam colorem induente. Basi sua solummodo inhaerebant substantiæ Sphærie, in ramulo dejecto Cratægi Oxyacanthæ.

Figuræ explicatio.

Tab. XIII fig. 104.

- a. Fungi nonnulli ramulum inhabitantes, magnitudine & situ naturali depicti.
- b. Fungus lente auctus.
- c. Idem perpendiculari directione dissectus.
- d. Sphæricula ampliata.

29. SPHAERIA *atro-purpurea*.

S. composita, rotundato-plana, sparâ, atro-purpurea, monosticha; sphæriculis ovalibus, papillatis, connatis, nigris.

Inter compositas Sphærias planissimis est associanda. Epidermidi ramorum demortuorum innascitur & orbiculari & elliptico anfractu, diametro unciali, interdum biunciali. Cortex inseparabilis, lævis, apiculis sphæricularum, ubique dense prominentibus, scaber, coloris pulli, seu saturate spadiceo-nigrescentis. Substantia subpulverulenta, in fungo juniore fulvus, in senescente vero ad colorem accedit, qui a famosissima Pompaduria nomen traxit, sed minus lætum, h. e. spadicei quid admixtum

admixtum habentem. Sphaerulae minimae ovales, connatae, nigrae sunt, sed ad verticem, ut papilla, atrae. Interne inanes inveni. Observavi speciem hanc admodum raram in ramis exsiccatis Crataegi Oxyacanthae Majo & in fragmento ligni putrescentis Octobri.

1803, Forte mera varietas subsequens speciei est censenda: certe in hac aetate nondum omnia notata digna detecta mihi videntur.

Figurae explicatio.

Tab. XIII fig. 105.

a. Sphaeria magnitudine nativa depicta.

b. Eadem dissecta ad anullum.

c. Segmentum ejus admodum ampliatum.

d. Sphaerula mole valde aucta.

30. SPHAERIA *macula*.

S. composita, polymorpha, planissima, atra, monosticha; sphaerularum globofo-papillatarum singulis, velo fugaci tectis.

In ramulis querneis defractis aridisque post pluvias largiores maculae atrae, fatis magnae, h. e. nonnullarum interdum unciarum mensura, figura variae, plerumque vero rotundatae, e fissis ac revoluta epidermide emicare mox incipiunt, quae, si per lentem conspiciuntur, Sphaeriam ob oculos ponunt de cortice protuberantem, planam, atram, superficie tomentosa, seu panno holoserico admodum simili. Tomento huic immerfi sunt glomeruli bombacini, nivei, perquam minuti, aggregati, quorum quisque, expulsus per papillam perforatam sphaerularum minimarum, atrii coloris, statim in apice ostioli, ex quo erumpebat, subsidet & brevi post, contabescendo complanatus, velum orbiculare sinit, a papilla sensim perforandum, tum autem evanescent. Perbreve temporis intervallo haec omnia accidunt; interim vero sphaeria ipsa magis complanatur, seu potius coarctatur; tomentum enim illud holosericum in cortice disparet & e superficie jam glaberrima prominent papillae sphaerularum levium, figura sphaerica subcompressa componentium, quas gelatina vulgari seminifera plenas, substantiaeque solidae, candidae, immerfas inveni.

OBS. Sphaeriam stigma Hoffm. l. p. 7. r. 2. f. 2. admodum cum nostra congruere, nemo non videt: sed angustior longe est haec, ac compressior, quam illa & nunquam rimis fissurisque scissa, nec tam late serpens, ut ramorum plagas maximas incurset. Accedit eo, quod Sphaeria macula non solum cortices virgultorum supercrescat, sed in nudo quoque ligno putrescente sedem sibi figat, Sphaeriae stigmati plane inconstuam. Hisce rationibus commotus, aliam ab alia separandam esse credidi. Ceterum & Hoffmannianam neu integumento fugaci holoserico, neve velo iidem fugaci sphaerularum carere, cognitum & compertum habeo.

- a. Glomeruli illi bombacini delicatissime, ostiolis sphaerularum paulisper incumbentes, tum complanati & paulo post evanescentes, velum mihi videntur, pollen fovens. Expelluntur enim manifesto jam tum e sphaerulis, cum haec mucilagine, semina continente, adhuc sunt repleta: quare pro hac ipsa haberi nequit. Sed unde demum venit? Nil aliud, meo quidem iudicio, est, quam tela toties dicta araneosa, e mucilage spermatica, in capsulis contenta, ortum trahens. Ejicitur quidem e quibusdam Sphaeriis tempore fructescentiae globulus candidus, seu, quod idem est, mucilage protrusa in massam globosam hujus coloris irrigescit; at vero ejusmodi globulus nunquam contabescit: sed figuram suam usque dum decidit, conservat, tum vero in pulvisculum fatiscit. Conf. infra Sphaeriam 39 sqq.

Figurae explicatio.

Tab. XIII fig. 106.

- a. Sphaeria magnitudine nativa delineata.
 b. Eadem, (mole tantillum aucta) ut verticaliter secta comparet.
 c. Segmen ampliatum Sphaeriae adolescentis, glomerulis bombacinis, sem velis particularibus, globosis, vixdum expulsis.
 d. Segmentum aequè ampliatum adultioris Sphaeriae, velis jam complanatis & a sphaerularum mucrone transfossis.
 e. Sphaerula admodum aucta, cujus papilla sub velo globoso superincubante latet. (Tomentum Sphaeriam obducens in figura non est expressum, ut nempe velum integrum in situ suo eo melius conspiciat.)
 f. Sphaerula adaucta, uti una cum velo contabescente ad perpendiculari diffecta se cernendam praebet.

3 I. SPHAERIA *cancellata*.

S. subcomposita, rotundo-ovalis, convexa, aggregato-sparsa, atra, monosticha; velo prominente; sphaerulis connatis.

E ramis

E ramis salignis, dum arescunt, egerminant tubercula, seu sparsa, seu aggregata, feminis papaveri magnitudine, quæ epidermidem corticis arborei, quin potius lamellam illius extimam, qua teguntur, ubi ubi in formam pustulæ rotundæ, vel oblongæ, ita elevant extenduntque, ut ejus fibræ contextæ reticuli in modum extricentur ac fenestrentur: unde cancellatæ nomine mihi venit. Simplex aequæ, ac composita invenitur: h. e. sphaerula nigra, lævis, phialæformis, vel solitaria, vel gemina trigeminave, ad apicem usque immersa est substantiæ fungi parabolici, superne truncati, basi convexi, urnæ proinde sepulcrali, vel ollæ, externa specie similis; cortice inseparabili, lævi, aequali, nigro; medulla e cinereo ablescente & apparenter stuppea. Obiecta cernitur Sphaeria velo orbiculari, candido, demum albente, fibrillis byssinis condensatis contexto, et ultra oram urnulæ prominente. Videtur velum hoc, una cum papillæ apice epidermidem cancellatam supereminens, cum substantia fungi ipsa esse connatum; sed probabile mihi fit, in hac Sphaeria, ut in compluribus nostræ consimilibus, v. c. in proxime præcedente, epidermidem a papilla capsularum perforari, tum scilicet, cum per ejus porum exploditur glomerulus ille bombacinus, seu tela araneosa, mucilaginis seminiferæ progenies, hancque in eruptione aliquantisper præcedens, qui papillæ eidem, qua exprimebatur, tum de more incubans, sensim, uti monuimus, complanatur contabescens & ab illa transigitur. Perforatas autem esse papillas haud dubito, licet ob parvitatem eximiam porum ipsum distincte non viderim. Medulla capsulas fovens, forte quod nimium relaxa est, in Sphaeria humida dilucide quidem conspicitur, ast in sicca non item. Sphaerulas gelatina pervulgata impletas inveni, & ubi plures earum simul in uno eodemque fungo aderant, semper connatas. Sedes hujus non in ipso ramorum cortice, sed intra lamellam, seu membranam, pellucidam mediam ac infimam epidermidis. Offendi Sphaeriam hanc concinnam raramque Majo mense.

Figurae explicatio.

Tab. XIII fig. 107.

- a. Sphaerix, fragmini corticis saligni insidentes, magnitudine naturali pictæ.
 b-f. Fungus quam maxime auctus.
 b. Sphaeria, epidermide reticulata rami saligni tecta, papilla sphaerulæ veloque emicantibus.
 c. Sphaeria simplex, verticaliter secta, quo figura ejus urnalis, seu

E 2

ollaris

ollaris, ac structura interna, sicuti veli complanati perforatigue situs, oculis commodius subjiciatur.

d. Sphaeria composita, eundem in modum dissecta.

e. Sphaeria simplex, velo instructa, ut epidermidi exsculpta cernitur.

f. Eadem, dissecta quidem substantia una cum velo; sed sphaerula incolumi.

g. Sphaerula nuda, mole perquam aucta.

32. SPHAERIA *institiva*.

S. composita, corticalis, plana, lineari-acuminata, candida, monosticha; velo cum substantia fungi connato; sphaerulis papillatis, atris.

Rimas epidermidis Vitis demortuae omnes omnino ita infarcit, ut quasi instituta videatur. Cum vero cuticula hac consepita semper inveniatur, eodem jure, ac Sphaeriam stigma, tuberculosam, cret. *Hoffm.* pro composita habetur; licet ambitus ejus, Lichenum crustaceorum in morem, quam maxime fluctuet. Sphaerulae minimae, compresso-globosae, laeves, nitidae, atrae, aggregatae, papilla subelongata, perforata, eminent e velo candido, texturae byssinae, plano, superne laevi, inferne cum substantia ipsa fungi albida, furfuracea, tenera, connato. Corruens haec demum, seu contabescens, lateribus earum laxae adhaeret, velo tandem evanescente. Obiectas quasi vidi hac Sphaeria vites compluviatas sideratasque, ad murum australem aedis sacrae, quae *Perlini* est, plantatas, Sphaerulas interdum tela, generi huic promiscua, araneosa oppletas, saepissime autem inanes reperi. Julio.

OBS. Non confundi debet cum Sphaeria byssacea *Weig. obs. p. 45. t. 2. f. 9.* & *Dickf. crypt. p. 22*; hujus enim sphaerulae papilla caret & collapsae, ut observavi, concavescent; h. e. Pezizae faciem induunt. Adde, quod ex epidermide arborum Sphaeria illa nunquam extuberat, sed nuda his insidet ut crusta furfuracea, neutiquam circumsepita.

Figurae explicatio.

Tab. XIII fig. 108.

a. Sphaerae nonnullae magnitudine nativae pictae.

b. Sphaerae quaedam lente auctae.

c. Sphaeria exoleta, ut corruente jam substantia, sphaerulas circumdante, sub lente apparet.

d. Segmen-

d. Segmentum Sphaeræ adactum, in quo sphaerulæ duæ verticaliter sectæ, velo adhuc substantiæ furfuraceæ incumbente, conspiciuntur.

e. Sphaerula admodum ampliata, adhærente illi substantiæ contabescentis particula.

33. SPHAERIA *sucenturiata*.

S. composita, oblongo-pulvinata, sparfa, bicorticata, atra; sphaerulis succenturiatis simplicibusque.

Lignifeda, oblonga, pulvinata, lineas 2 vel 3 longa. Cortex exterior lævis, aequalis, ater, resinofus; interior fuscus, uterque angustus & inseparabilis. Substantia fungi grisea, fuscescens, solida. Præscissa nitet, indicio aperto, eam e massa gummosa, seu gelatina, esse concretam. Sphaerulas atras duplicis figuræ ac molis continet, alias nempe immersas ad corticemque interiorem applicatas, pyriformes, quarum orificium attenuatum intra fungi corticem interiorem exterioremque dilatatur in capsulam homogeneam, globosam, sed admodum compressam, vertice demum pertuso. Sphaerulæ hæc, pro fertilibus merito habentur: capsula scilicet succenturiata figuræ compressæ, jam jam descripta, globulum illum candidum, tenerrimum, in quo velum agnosco, ad tempus saltem, manifesto includente. Adfunt vero & aliæ sphaerulæ, altius defossæ, figuræ ovalis, capsula hac adventitia orbæ, quas steriles proinde iudico. Sphaeria caeterum, ut complures similis structuræ, innititur tuberculo cuidam e ligno prominenti, ceu radici, succum nutrimum sphaerulis suppeditanti. Colorem album, nativum, nunquam illud in nostra Sphaeria deponit. Sphaerularum fertilium capitula qui detegere cupit, caute & versatili manu corticem fungi atrum sensim progrediendo abradat, necesse est. E rarioribus sui generis; reperi vero sparfim crescentem in ramis deciduis quercinis, quorum cortex putredine grassante jam erat absumtus, plus una vice Majo mense.

OBS. Sphaerulæ succenturiatæ, mira sane apparentia! in hac non solum species; sed etiam in Sphaeria coronata *Hoffm. crypt. l. p. 24. r. 5. f. 4. 5.*, clarissime cernuntur. At enim observantur quoque ipse Sph. bullata *Ejnsd. (l. c. p. 2. r. 2. f. 1.)* cujus e superficie Vir doctissimus se albidum quid efflorescere svidisse (en velum nostrum glomeratum!) testatur. Sphaerulis nempe illa sæpius instructa obvenit bifariis: secundis scilicet, ac sterilibus, sicuti nostra. Priores tunc collo tubulari, longiusculo, ut celeberr. Auctor papillas Sph. disciformis *(l. 4. f. 1.)* depinxit, sunt præditæ, quod

apice in aliam quasi sphaerulam dilatatur, subglobosam, vertice perforato; sed postmodum, h. e. post globuli albi, hyssini, intus ex sphaerula genuina recepti, explosionem, collabescantem, & jam depressa & subangulata forma comparentem, Sphaerulis hisce fertiferis subjacent alia, globosa, coacta, colli, seu papillae omnino expertes, id quod in Sph. disciformi, Hoffm. a bullata Ejusd. parum discrepante, quoque observatur. Pertransit vero globulus ille vexabilis, bombacinus, cavitatem utramque geminatae sphaerulae eodem modo; sicuti minoris capsulae quoque parietes interdum, in tapetium Batschianum permutatus, inveltit.

Figurae explicatio.

Tab. XIV fig. 109.

- a. Sphaericae duae, magnitudine naturali depictae.
- b. Sphaeria adaucta, ad perpendicularum dissecta, demto dextrorsum cortice exteriori nigro, ut sphaerularum foecundarum capsulae succenturiatae, e cortice interiori emergentes, commode conspici queant.
- c. Sphaerula foecunda, admodum ampliata sicque repraesentata, ut segmini Sphaeriae dimidia inhaereat. In hoc vero inferne substantiae; superne, corticis interioris fungi pars cernitur, cute nigra exteriori resecta.
- d. Segmentum aliud Sphaeriae, mole valde aucta, quo exhibetur sphaerula foecunda, ad amissum dissecta, ita ut capsula succenturiata, (globulum bombacinum, e sphaerula ipsa eructatum, jam fovens) uti cortici haec utrique fungi est immissa.

34. SPHAERIA *cucurbitula*.

S. composita, convexo-plana, aggregata, monosticha; sphaerulis ovalibus, contabescendo concavescentibus, infitis, rubris.

α. flavescens.

Ad corticales pertinet, & in variarum arborum ramis ramulisque demortuis tempore vernali abunde, & denso interdum agmine, provenit, fissis eorum epidermide, tubercula efformans linearis, vel sesquilinearis, menfurae, tum rotundata, tum praecipue oblonga, convexo-plana, seu placentiformia; cuticulae ruptae laciniis haec circumfissentibus. Substantia Sphaeriae ipsa cerea, straminei coloris, nullum genuini corticis indicium offert; observavi autem in dissecta ductus quosdam

dam, coloris dilutioris, a basi ad sphaerulas pertingentes, h. e. succum alimentarium eo vehentes. Minimae hae sunt, ac ovaes, rubrae, laeves, pulvisculo albedo conspersae; ac basi solum substantiae Sphaeriae, seu receptaculo communi, confertim infixae. Arescentes vertice primum depressae & quasi truncatae fiunt; postremo in formam concavam patellae contabescunt, colore jam earum ad sordide aurantium translabente. Capsulas neque duras, neque friabiles, sed lentas, repletas eadem massa cerea, pallida Sphaeriae ipsius, inveni; sed ostiolum in eis nunquam vidi.

Obs. Similitudo, inter varietatem hanc & Sphaeriam deciduam (p. 31) intercedens, manifesta est.

Figurae explicatio.

Tab. XIV fig. 110.

- a. Sphaeriae aliquot, ramulo innatae, magnitudine nativa repraesentatae.
- b. Sphaeria adolescens, sub lente ut conspicitur.
- c. Sphaeria adaucta, ut extrema aetate, h. e. sphaerulis concavescentibus, cernitur.
- d. Sphaeria ad perpendicularum interfecata, uti sub lente apparet.
- e. Sphaerula junior ac incolumis, mole adaucta.
- f. Eadem ut tabefacta & verticaliter dissecta in conspectum venit.

β. nigrescens.

In omnibus varietate *a* consona; sed obsoletae superficies ubique, in receptaculo, puta, nec non in capsulis, pulvisculo rariori obductis, & hoc absterfo, nitidis, nigrescit. Massa lutescens arescendo interdum in centro dehiscit & ad basin fit cavernosa. Repletura quoque sphaerularum dehiscit & in facculum Weigelianum, rudiori modo dispersum, abit. In ramis deciduis Pinus silvestris, vere,

35. SPHAERIA *convergens*.

S. composita, rosacea, aggregata; sphaerulis atris, excipuliformibus, liberis, convergentibus.

Sedes hujus inter epidermidem corticemque aridum Fagi. Nulli substantiae, seu massae foventi, immerfas inveni sphaerulas atras, minimas, globosas, ostiolo tubulari, procero, instructas; sed basi solum imprimit quaeque lamellae subjacenti alveolum, cui immoratur. Quinae, vel senae, plerumque sphaerulae unam centram

lem

lem in formam circularem, seu roseam, circumplectuntur sicque Sphaeriam constituent: id, quod hoc pacto efficitur, ut collis suis, sive papillis tubularibus, erectis et in commune quasi centrum coniventibus, ac coadunatis, epidermis corticis perforetur, prominentibus tunc ab hac apertura tubulorum convergentium apicibus. Sphaerulas, ex exsiccatione inanes, aqua vero denuo superfusas, mucilagine spermatophora grisea sine mora repleti vidi. *Largis* densisque agminibus protuberantem conspexi Augusto mense.

Figurae explicatio.

Tab. XIV fig. III.

- a. Fungi aggregati, magnitudine naturali picti.
- b. Sphaerularum adactarum convergentium oscula, e rupta epidermide arborea extantia.
- c. Sphaeria itidem valde aucta, uti ad amissum dissecta cernitur.
- d. Sphaerularum ampliatarum compages, cuticula pustulæ, has desuper circumdante, reflecta.
- e. Vestigia augmentata alveolorum, a sphaerulis lamellæ subjacenti impreforum, ut convexi & quasi ustulati in hujus superficie averfa apparent.

36. SPHAERIA *sanguinaria*.

S. composita, crustacea, rotundato-polymorpha, glauca, limitata, monosticha; sphaerulis globosis, obsolete papillatis, atris.

Lichen sanguinarius *Linn. syst.* 4. p. 525. *Hoffm. lich.* 29. t. 5. f. 3.

Lichen limitatus *Scop. carn.* 2. II. n. 1370.

Sphaeria nitida *Weig. obs.* p. 45. t. 2. f. 14. *Web. spicil.* p. 281. *Wigg.*

hol. n. 932. *Dichf. crypt.* p. 22. *Relh. cantab.* n. 1055. *Timm.*

megap. n. 1169. *coll.* n. 892.

Verrucaria sanguinea *Willd. berol.* n. 1056.

Crusta lævigata, plano-convexa, coloris glauci, seu e griseo & viridi mixti, dilute demum fuscæ, quæ scissime rotundata est, sed figura, ut magnitudine, admodum variat et linea atra repanda circumfunditur, epidermidi Fagi aliorumque arborum sparsim innascitur. Substantia, cortice duriusculo & ferme cartilagineo,

tilagineo, tecta, e massa conflata videtur ceræ, terebinthino permixtæ, simili. Ex hac maltha emergunt, cute jam descripta prius in pustulas minutas, convexas, aggregatas & sæpius contiguas, elevata tumque rupta, spherulæ globosæ, semilnearis in maximis diametri, atræ, læves; ostiolo annulari prominulo, margine tandem subflexo. Repletæ sunt mucilagine coloris sanguinei, quam ad parietes in sacculum Weigelianum ejusdem coloris sæpe condensatam, hunc vero tapetio insuper candido Batschii interdum obductum observavi. Fructificationem ipsam non vidi; at substantiæ viscosæ, spherulas circumdantis oram, orificio earum contiguam, atro semper colore conspurcatam conspexi, quod de mucilagine, dum expellitur, atrescente, testimonium luce clarius perhibet. Substantia, vel natura, hæc tandem valde contabescit & maxima ex parte disparet.

OBS. Sphæria mammiformis *Hofsm. crypt. I. p. 13. t. 3. f. 2.* cum nostra in omnibus fere adeo congruit, ut pro ejus varietate jure optimo haberi videatur.

Figuræ explicatio.

Tab. XIV fig. 112.

a. Sphæria magnitudine nativa delineata.

b-d. Spherulæ adauctæ.

b. Spherula ad perpendicularum dissecta, quo sacculus Weigelianus & ora substantiæ fungi, ad orificium capsulæ per mucilagine ejaculationem inquinata, sit contemplabilis.

c. Spherula a sede sua femota.

d. Alia jam grandævis verticaliter dissecta, in qua sacculus Weigelianus (integumentum internum rubrum) una cum tapetio Batschii (integumento candido) ob oculos ponitur.

37. SPHAERIA *cespitosa*.

S. composita, hydnoïdes lamellata, globoso-cespitosa, aggregata, atra; lamellis radiatis, inferne connatis, apice spheruliferis.

OBS. Admodum cum hac concordat Sphæria brandenburgica *Villarzi delph. p. 1037. n. 7.* sed lamellarum apices digitati non sunt in planta gallica.

Species hæc abnormis epidermidem ramorum demortuorum Sorbi aucupariæ gregatim perumpit tuberculis rotundis, ac ellipticis, vicinæ ut plurimum magnitudine

F

dine

dine, atris. Quæ si lente dissipantur vitrea, Sphaeriæ admirabilem fabricam oculis exhibent, lobis, seu lamellis planis, obvoluto-radiatis, præduris & quasi resinosis, inferne connatis, apice vero subdilatis & digitatis, constantem. Omnia substantiam e mucilagine obduratam annunciant, cujus color natus luridus jam in superficie atratus apparet. Sphaerulas quas voco, processus dactyloidei ejusdem substantiæ sunt: quare pro Tremellæ specie fungillus putari potest; at enim vero cum Sphaeriæ non solum bene multæ naturam lamellosam prædant; sed inter mihi notas una saltem inveniatur, itidem gelatina duritiem induente constans & Sphaerulas confimiles, h. e. solidas, cylindricas, similes, e visceribus quasi suis per superficiem globosam protrudens, cujus descriptionem strictam in aliud tempus refero, cum genere hoc annumerandam censui. Obvenit mihi hæc Sphaeria Majo.

OBS. Conspersam sæpius vidi pulvisculo dilute citreæ. Num semine?

Figuræ explicatio.

Tab. XIV fig. 113.

- a. Sphaeriæ sex magnitudine ac situ naturali pictæ.
- b. Sphaeria adaucta, ut, epidermide rupta quasi confecta, apparet.
- c. Sphaeria adauctior, demto epidermidis sillæ cingulo.
- d. Sphaeriæ admodum ampliatæ & prope basin transversim sectæ segmentum inferius.
- e. Lamella quam maxime aucta, uti per verticem dissectæ interna species in oculos incurrit.

**) Globiferae.

38. SPHAERIA *cylindrica*.

S. simplex, globifera, cylindrica, sparsa, nigra; globo spermatico candido.

Existunt a ligno cariolo saligno sparsim Sphaeriæ cylindricæ, apice obtusæ, nigre, læves, duriusculæ, vix visibiles, replete massula farinaceo-viscida, quæ ex earum orificio pertuso globuli forma ejusdem coloris expellitur, mox in pastam rigescit, ac tandem dejecta fatiscit.

Figuræ

Figurae explicatio.

Tab. XV fig. 114.

- a. Fungilli e ligno erumpentes, ut magnitudine nativa conspiciuntur.
 b. Sphaeria lente aucta, ligno infixi.
 c. Sphaeria ad perpendiculum secta.

39. SPHAERIA *parabolica*.

S. simplex, globifera, parabolica, laevis, aggregata, nigra; globo spermatico livido.

Non nisi oculo armato contemplabilis. Pullulat confertim e lignis putrescentibus humidis, figura parabolica, superficie laevi, superne nigra, inferne fusca. Fabricam internam ob molis parvitatem sciscitare non potui; ast apicem perforatum sensi. Prodire ex hoc ostiolo vidi guttulam viscidam, coloris ex lurido lividi, cito inspissatam, tum vero arentem & deciduam. Capsula tenella, gelatinosa. Septembri. Plantula, uti praecedens, perrara.

Figurae explicatio.

Tab. XV fig. 115.

a.-d. Sphaeria admodum aucta

- a. de ligno protuberans;
 b. adulta, fructificans;
 c. confenescens,
 d. ligno effossa.

40. SPHAERIA *conica*.

S. simplex, globifera, conico-tomentosa, aggregata; globo spermatico flavo, atrescente.

Admodum parva, agminatim crescens, figura in pyriformem fatis quadrante; sed in situ naturali conspecta, h. e. basi fedi suae inherens, pyramidalis cernitur. Capsula nigra, cuius structuram intrinsecam quominus explorarem, molis tenuitas vetuit, tomento subraro livido est obfusa. Guttula e poro ascendens sordide flava

F 2

primum

primum est & subpellucida; sed condensata colorem jam mutat in piceum & globulus, antequam decidit, fit nitidissimus. In ligno arido Coryli. Aprilii.

Figurae explicatio.

Tab. XV fig. 116.

a. Fungulorum acervuli magnitudine naturali depictorum.

b-e. Sphaeria adaucta

b. primum comparsens;

c. adulta, guttula ebulliente;

d. senior, guttula in globulum atrum conversa.

e. Eadem Sphaeria, uti ligno exsculpta cernitur.

41. SPHAERIA *subulata*.

S. simplex, globifera, subulato-granulata, aggregata, fusca; globo spermatico flavo, atrescente.

Obviam habui in exsiccati Agarici aurati (*Fl. dan. t. 980*) superficie denso agmine luxuriantem. Statura unius fere lineæ; figura conii elongati, basi convexa; superficies granulata, coloris fuscii, initio dilutioris, sed posterior saturatioris. Apicem vidi (Hypoxylorum more) pulvisculo albo conspersum; sed interiora fungilli minimi & gracillimi rimare non valui. Guttulam explodit aureo colore nitentem, pellucidam, egressu ipso ovalem. (Sic a me est depicta; sed ad modum aliorum fungorum hydrophorum formam hanc primogeniam, ovalem, posthac in globosam transire, nullus dubito.) Cum exempla a me lecta & capsæ papyraceæ indita, tempore quodam interjecto, reviderem, globulos omnes deturbatos in atrum pulverem jam resolutos inveni: certo igitur guttula condensatur, colorem mutat & fatiscit. Capsula junior natura molliuscula gaudet, sed rigida postmodum invenitur. Conspexi fungillum ut qui maxime rarum Septembri.

Figurae explicatio.

Tab. XV fig. 117.

a. Agmen Sphaeriarum nativa magnitudine depictarum.

b. d. e. Sphaeria adaucta, fungo decrepito inhaerens, ut cernitur,

b. proveniens;

d. fructificans;

e. nutante

mutante acumine languescens. *Sphaeria* adactior a fede sua femota, ut tempore frutescentiae conspicienda venit.

42. *SPHAERIA dubia*.

S. simplex, globifera, elongato-attenuata, aggregata, grisea; guttula^s spermatica subpellucida, alba, lutescente.

Fungulus lineam & quod excurrit altus, propemodum, cylindricus, superne attenuatus, molliusculus, colore griseo, tantillum in hyalinum vergente, ad apicem deorsumque flavo, cui fulvi quid admixtum est; superficie levi, attamen ad basin tomentosa. Guttula, gelatinae albidae similis, globosa, semipellucida, flavescit. Conspicatus sum germinantem in alburno rami querni, carie infectati, Septembri.

OBS. Ad plantulae oppido minuta delicataque interna indaganda cultellum in subsidium vocare mihi non licuit. quamobrem cum globuli gelinosi nec consistentiam, neque colorem stramineum porro immutari observaverim; quin illum postmodo obductum puivisculo concolore videre mihi visus sim, vereor admodum, ne de Sphaeria existenda & ad Stilba ableganda sit.

Figurae explicatio.

Tab. XV fig. 118.

- a. Fungillorum grex magnitudine naturali depictorum.
- b. Fungorum adactiorum trias, duobus inferne connatis.

43. *SPHAERIA penetrans*.

S. simplex, globifera, globoso acuminata, collabescendo concavescens; aggregata, nigra; globe spermatico atro.

α. Patella.

Minimis sui generis merito associatur, cum puncto paulo major appareat. Crebro innascitur, mense Septembri, caulibus plantarum putrescentibus, aggregata, quin conferta Capsulae nigrae, laeves, nitidae, globosae, vertice acuminato, pondere mucilaginis, in guttulae formam expressae & postea in globulum, omnis nitidis expertem, coagulatae, deprimuntur adeo, ut tandem in Patellae formam exca-

F 3

ventur;

ventur; globulis ipsis tum decidentibus. Sphaeria hæc initio plane est demersa; at succrescendo fenim e cortice, in quo nidulatur, ad hujus superficiem tendit, eamque demum superat.

Figurae explicatio.

Tab. XV fig. 121.

a. Sphaeriarum grex, magnitudine nativa depictarum.

b-f. Sphaeria per lentem visa.

b. extuberans;

c. adulta jamque dimidia sui parte ultra superficiem corticis caulini elevata;

d. corticem hunc tota quanta supereminens; sed & confesescendo jam depressior facta;

e. exoleta et tum perfecte concava;

f. nondum collapsa, ut verticaliter secta apparet.

β. compressa.

Varietate α paulo major, corticalis æque ac lignaria, lineari plerumque tractu confertimque proveniens, capsulis ovato-compressis, nigris, lævibus, sæpe deflexis. Ligno adhuc plane demersa jam fructificat. Globulus spermaticus, ater, admodum, postquam induruit, nitet. Varietas hæc nungam collabescit.

Figurae explicatio.

Tab. IX fig. 74.

a. Sphaeræ magnitudine naturali representatæ.

b. Sphaeræ adactæ.

44. SPHAERIA *Periza*.

S. simplex, globosa, hydrophora, aggregata, rubens, collabescendo concavescens.

Capsulæ perfecte globosæ, leves, satis duræ, friabiles, primum flavæ, postea croceo miniatæ, tomento brevissimo ac delicatissimo, candido, oblitæ, magnitudine feminis Milii, gregatim stipites cæsarum fagorum & betularum, nec non lignum falicum cavernosum incolunt. Repletas semper inveni latice limpidissimo, qui, quo demum

demum pacto & quam sub forma protrudatur, dicere nequeo. E capsula vero hunc exturbari inde conjectatur, quod fungus adultus collabescit & tandem in modum cupulae depressus cernitur. At vero in vertice funguli observatur macula rotunda, colore vividiore saturatiorque conspicua, ubi certissime, sed modo mihi quidem incognito, humor ille crystallinus seu perspirat; seu alio quocunque modo excernitur; porum enim capsulae nondum distincte conspicuus sum. Sphaeriae senescentis color dilutior ac languescens fit; margo autem denique rugoso-crenulatus apparet; fibrillis capillaribus, ad morem Pezizarum, ligno affigitur. Visendam se mihi prebuit aliquoties aestate ac autumno. (Julio & Octobri).

Figurae explicatio.

Tab. XV. fig. 122.

a. Sphaeriarum cohors, magnitudine naturali representatarum.

b-e. Sphaeria ampliata

b. junior;

c. adulta;

d. decrepita;

e. ad perpendicularum in aetatis flore perfecta.

45. SPHAERIA *Acrospermum*.

S. simplex, globifera, cylindrico-ventricosa, pulla, conferto-aggregata, collabescendo frigosa.

z. nigra.

Magnitudine variat, saepius vix lineae dimidio; interdum vero sesquilineae aequali. E ligno putrescente quercino agmine plerumque conferto progeminat, Hydnum tum nigrum idque minutissimum mentiens. Superficies laevis, aequalis, aspectu nigra, per lentem visa colorem saturatius fuscum prodit; forma plus minus cylindrica, in medio fungo obsolete ventricosa, cernitur, quare eodem forte jure elongato-ovalis appellatur. Apex ferme parabolicus nitorem quandam habet; sed perforatum distincte non vidi; nec, ut Sphaeria ipsa, tandem fit strigosus. Confersum, exeunte Martio, vidi pulvisculo tenerrimo, candido; repletas autem capsulas mucilaginis notissima, livida, et subinde tapetio, jam saepius dicto, candido Batfchii indutas inveni. Natura earum gelatinae sensum indurantis. Superficiem
ligni,

ligni, cui innascuntur, semper ferme atramento quasi tinctam observavi. Fructificationem non vidi; sed yix dubium subest, quin Sphaeriis globiferis sit adjungenda haec nostra, quam Martio ac Aprili mensibus, nec non Septembri, obviam habui.

Figurae explicatio.

Tab. XV fig. 119.

- a. Sphaeriae aggregatae, magnitudine naturali pictae.
 b. d. Sphaeria adauctior
 b. adulta;
 c. inveterata;
 d. ad perpendicularum secta, comparente intus tapetio candido Batfchii.

β. tricolor.

Figura in hac perfecte est cylindrica. Globulus subpellucidus, nitidus cum fungo quasi concretus videtur. Color illi atro-rufus, ferme spadiceus; sed Sphaeriae ipsi nigro-fuscus, quae ad apicem cinereo pulvisculo obducta cernitur. Mensura fungilli unius lineae; sedes rami querni, putrescendo jam excorticati. Autumno varietatem hanc interdum vidi, priori longe rariorem.

Figurae explicatio.

Tab. XV fig. 120.

- a. Quaternio fungillorum, magnitudine naturali delineatorum.
 b. Fungulus, mole per lentem aucta.

46. SPHAERIA *gelatinosa*.

S. composita, globifera, pulvinato-gelatinosa, lutea, monosticha; globulis spermaticis stramineis.

α. lutea.

Ligna in uliginosis putrescentia inhabitare amat Sphaeria haec gregatim sparsimque crescens & magnitudine admodum, h. e. a semilinea usque ad hujus triplum varians. Figura rotundata, subangulata, vel ad pulv. aris, vel ad placentaem similitudinem accedens; color stramineus; substantia fungi molliuscule, propemodum gelatinosa, corticis (saltem conspicui & separabilis) expert. Superficies laevis, nitore omni orba, aequalis; sed mature discus Sphaeriae adolescentis papulata fit,

tum

tum vero pufulis hifce ruptis extuberant papillæ, five orificia, sphæricularum unico folum tabulato, fed proxime fuperficie, fubjacentium. Figura earum globofa eft, vertice, feu papilla, in conum elongato; color flavus, in papilla vivide croceus. Excuffam ex his vidi pafam globofam, dilute citrinam, denique fatifcentem. Confpicatus fum interdum Sphæriam hanc memorabilem ac rariorem Septembri.

Figuræ explicatio.

Tab. XVI fig. 123.

a. Sphæriæ gregatæ, ut oculo haud armato cernuntur.

b-f. Sphæria per lentem vitream vifa

b. adolefcens;

c. eadem ad perpendicularum diflecta.

d. Sphæria adauctior fructificans.

e. Sphæricula de fede fua revulfa.

f. Eadem una cum globulo fpermatico icfu verticali diflecta.

β. viridis.

Lignaræ, ut præcedens, ejuſdemque figuræ, ſubſtantia, coloris ac magnitudinis. Comparat poſt imbres autumnales ſub ſpecie globuli puſilli, minutifſimo tenerrimoque tomento candido (num polline?) obducti; ſed ſphæricam formam cum pulvinata, colorem autem candidum cum ſtramineo commutat: tomento nempe illo candido, ſeu, ſi mavis, pulvere, mature evanefcente. Cuticula fungi (aſt a pulpa inſeparabilis) quaſi papyracea, initio æqualis, ſed in ſenefcente rugoſula ſit. Colliculatus cernitur diſcus, ſphæricularum papillis ubique punctorum, ſeu potius granulorum, nigrorum inſtar eminentibus; attamen revera non ſunt nigræ, ſed pervirides, mucilagine ejuſdem coloris repletæ. Subſtantia alba ac ſucculente fungi immerſæ ſunt. Fructificationem nondum vidi. Varietatem hanc, amœniſſimis ſimulque rarifſimis Sphæriis annumerandam, bis ſolummodo huc uſque reperi: una vice Septembri, altera Octobri.

Figuræ explicatio.

Tab. XVI fig. 124.

a-c. Sphæria magnitudine naturali depicta

a. protuberans;

b. increſcens;

G

c adul-

- c. adulta.
 d-f. Sphaeria, uti sub lente comparet,
 d. junior, tomento byssino obducta.
 e. sub tempus fructescentiae.
 f. eadem difsecta.

***) *Styliferae.*

47. SPHAERIA *gnomon.*

S. simplex, stylifera, aggregata, globosa, collabescendo concavescens, nigra; stylo spermatico procero, subrecto.

Extuberat gregatim e cuticula foliorum deciduorum, praesertim Coryli Avellanae, magnitudine circiter arenulae. Figura globi, utroque polo compressi, laevis, nigri, (sub lente nigro-fusci,) hemisphaerio inferiore folio immerfi. Vertex tempore fructescentiae perforatur, & per osculum hoc mucilago, seminibus foeta, sub specie cylindri, subobtusius, recti, exploditur, colore hujus nativo livido in atrum extemplo mutato. Occallet sensim, sed priusquam hoc fit, haud raro pondere suo curvatur. Inter et post expulsionem liquoris viscidii capsula collabescit & concava demum cernitur, jam satis dura facta. Stylus spermaticus postquam decidit, in pulverem atrum fatiscit. Obvenit haec Sphaeria, cupulam gnomonicam veterum sic satis facie externa referens, interdum mihi Martio ac Aprili.

Figurae explicatio.

Tab. XVI fig. 125.

a. Catervae fungillorum naturali magnitudine depictorum.

b-f. Sphaeria ampliata.

- b. Sphaerae tres protuberantes.
 c. Sphaeria adulta, a sede sua remota.
 d. Sphaeria, fructescentia peracta.
 e. Sphaeria confesescens, stylo centrali jam dejecto.
 f. Sphaeria fructificans verticaliter secta.

48. SPHAERIA *Lingam.*

S. simplex, styliфера, aggregata, subovalis, pulvinata, collabescendo concavogrugosa, atra; stylo spermatico breviusculo, decumbente.

Magnitudine Sphaeriam precedentem parum antecellit, cui summam nimum similis invenitur. E caulibus exsiccatis Brassicæ oleraceæ rubræ dense pullulat figura ovali, nec non rotunda, pulvinata, superficie lævi, atra. Capsulae, ut primo stylium protrudunt spermaticum, concolorem, nitidulum, jam collabescere hoc pacto incipiunt, ut sulcus plerumque in vertice fungi, dimidio sui cauli herbaceo immerfi, extemplo appareat, plus minus hians posthac, in morem labiorum distortorum. Stylus nunquam plenissime obfirmari videtur, certe nutantem fere semper, ac decumbentem inveneris, simulque breviusculum: quid? quod haud raro rudimentum ejus solummodo apparet. Sphaeria vieta, si quæ alia, multiformis deprehenditur: nunc v. c. complanata; nunc orbicularem tumida; nunc vero quasi labiatam; nunc demum in labia, seu plicas concentricas, subangulatas, corrugatam cernes.

Figurae explicatio.

Tab. XVI fig. 126.

- a. Sphaeræ coagminatæ, magnitudine nativæ depictæ.
- b-c. Sphaeria adaucta
 - b. junior & jam fructificans, in situ naturali;
 - c. adulta, e fibris caulinis evulsa.
 - d. Sphaeræ vario modo collapsæ.
 - e. Sphaeria post fructescentiam ad perpendicularum dissecta.

49. SPHAERIA *tubaeformis.*

S. simplex, styliфера, aggregata, globosa, collabescendo cupularis, atra; stylo spermatico crassiusculo, connato, bicolori.

Folia decidua Fagi, Carpini & Betulae in superficie prona interdum spinulis vix visibilibus, aggregatis horrent. Quodsi lente admota ejusmodi folia perlustrantur; tubercula observantur minutissima, hemisphaerica, fulva apice siadenda. Per hanc fissuram effertur spinula, seu styli crassiusculus, subobtusus, lævis, aequalis, subrectus, fulvus, substantiam e gelatina obduratam prodens. Surgit hic e poro Sphaeræ

riæ miniræ, globosæ, atræ, subtilissime punctatæ, massam aspectu ceream, alben-
tem (e mucilage dubio procul coagulata) includente. Inhabitat fungillus ag-
minatim foliorum ficorum medullam & succrescendo mole sua auctiori paginam
eorum averfam in colliculos jam dictos elevat; sed simul Sphæria quælibet pagi-
nam folii adaversam diametrali plaga leviter fornicat. Capsula sphærica post fructi-
ficationem cupularis, seu hemisphærica, apparet, testimonis gravissimo, ejus hem-
isphærium inferius, dum per ostiolum exprimitur mucilago seminifera, motu
quasi convulsivo vique maxima sursum, seu ad verticem & concamerationem fungi
superioris, rapi ibique quasi agglutinari: quo fit, ut tum hemisphæricus ille appa-
reat. Sed explosus ex hujus ostificio liquor viscidus, ut inde natus stylus spermati-
ctis, illico congelantur, colore illius nativo in fulvum, apicem versus lutescen-
tem; ad ostiolum autem capsulæ versus nigrescentem, mutato. Cum isthoc capsu-
læ poro postea ita concretus cernitur, ut, cum in ipso insertionis loco eodem hu-
jus atro colore gaudeat, corpus simplicissimum tubæforme oculis scrutantibus obji-
ciat. Fungum vernalem Majo legi.

OBS. Nonnunquam Sphæriam in superficie foliorum supina fructificare vidi.

Figuræ explicatio.

Tab. XVI fig. 123.

- a. Sphæriæ, magnitudine naturali pictæ, greges repræsentantur.
- b-i. Sphæria ope lentis vitræ adaucta.
 - b. Sphæria sub pustula latens.
 - c. Alia, stylo spermatico hanc jam nunc rumpente.
 - d. Alia, stylo hoc jam toto quanto prominente.
 - e. Eadem hoc pacto sistitur, ut pustula utraque, hinc inde illam operiens, una compareat.
 - f. Sphæria senior, pagina, seu lamella, utraque folii illam foventis ad perpendicularum dissecta.
 - g. Eadem, ut demto integumento superiore ac inferiore cernitur.
 - h. Sphæria nondum collabescens per verticem, una cum folii complectentis segmento, verticaliter perfecta, quo nidus funguli, æque ac hujus figura, incipientis fructescentiæ tempore, dilucide ob oculos ponuntur.
 - i. Sphæria,

i. Sphaeria, tempore hoc elapso, similem in modum dissecta, quo styli spermatici coalitio cum capsula, colorque illius, ex fulvo bann versus in atrum gradatim transiens, sit contemplabilis.

50. SPHAERIA *hystrix*.

S. composita, stylifera, ovalis, convexo-plana, aggregata, nigra, monostichis; stylis spermaticis proceris, superne sub incrassatis, cum sphaeculis connatis.

Corticalis, oblonga, primum convexa, confescescendo verum complanata, sedem sibi sub epidermide ramorum aridorum figit, de qua extuberans cuticula rupta confepitur. Mensura ejus diametro culmi triticei equiparanda. Medolla fungilli fibrosa quidem, sed laxius cohaerens, coloris e cinereo rubentis, cortice tenuissimo laevi, nigro obtegitur. Sphaerulae atrae, laeves, basi compressae, vertice autem in conum obtusum productae, in unico tractu, cuti huic contiguo, collocatae conspiciuntur. Mucilage vulgatissima, viridi-grisea, repletas vidi. Styli nigri inde nati, proceri, rudes, subarcuati & apicem versus saepissime incrassati simulque compressi, cum osculo capsularum ita connati cernuntur, ut nullum hujus vestigium superlit. Facile decidunt, nec apprimere rigent. Octobri gregatim crescentem reperi.

●BS. 1. Vidi varietatem aetivam, minimam, substantia potissimum nigra ab hac diversam; sed fortassis & in nostra haec demum fit nigra.

2. Non confundenda est cum Spharia tentaculata *Hatsch.* cont. I. p. 277. t. 30. f. 152.

Figurae explicatio.

Tab. XVI fig. 127.

- a. Fungilli magnitudine & situ naturali depicti.
- b. Sphaeria ampliata.
- c. Eadem verticaliter dissecta.
- d. Sphaerula adaucta, ut e nido suo extracta apparet.
- e. Sphaerula fructificans dimidiata.

51. SPHAERIA *Ceratosperrum*.

S. composita, stylifera, subrotunda, pulvinato-convexa, aggregata, nigra; sphaeculis bifariis; stylis spermaticis scabro-rudibus, cum iisdem connatis.

Ceratosperrum nigrum minimum discoides *Nich. P. G. p. 125. n. 2. t. 56. f. 1.*

G 3

a. strigosa

α. frigosa.

Sphaeræ proxime præcedenti perquam similis; sed hac aliquantum major, bilinearis nimirum diametri, magisque convexa & plerumque rotundata. Cortex niger, lævis, aequalis, a substantia fungi inseparabilis. Hæc fibrosa, minus compacta, alba, languide demum fuscescens. Sphærulæ globosæ, nigrae, maxima ex parte fecundæ sunt, tumque stylum satis longum, superficie scabrum, strigosum & longitudinaliter quasi fulcatum expellunt, e mucilagine livido-lurida paulatim obdurescentem, cito vero nigrescentem, quem apice pulvere albedo interdum conspersum vidi. At enim adsunt & alæ sphærulæ globosæ, concolores, astomæ, inferiora foventis substantiæ, seu medullæ fungi, tenentes: hæ, cum nunquam stylum spermaticum producant, pro sterilibus jure meritoque habentur. Sacculo, seu tunica unguinosa, (mucilaginis spermaticæ residuo coagulato,) utrarumque capsularum parietes internos vidi laqueatos. Reperi fungillum, cortici Rosæ caninæ demortuæ gregatim innatum ejusque epidermide fissâ obseptum, Julio.

Figuræ explicatio.

Tab. XVII fig. 131.

- a. Fungilli tres magnitudine nativa representati.
- b. Sphæria ampliata.
- c. Eadem admodum aucta, ut verticaliter dissecta conspiciatur.
- d. Sphærula fecunda, adauctior, uti, eodem modo una cum stylo spermatico perfecta, apparet.

β. farcta.

In paucis modo varietati α disconvenit. Medulla nempe Sphæræ, sphærulas fovens, his ferme omnino farcta invenitur, quarum attamen hæ, quæ cortici sunt contiguæ, ferme solæ videntur stylicheræ esse. Styli ipsi rudēs & interdum obsolete articulati. Cortex lævis, æqualis, membranaceus, separabilis. Ambitum Sphæræ, in ramis ramulisque varii generis putrescentibus obviæ, rotundam, sed & ovalem interdum inveni admodumque convexam. Vernalis est & medio jam Martio mense fructificantem, capsulis tum humore viscido cinereo turgidis, observavi.

Obs! Obtegitur varietas hæc fere semper, quando exolevit, plantula quadam miratu digna, byssim arcuatam, alopecuroidem simulante, de qua alio tempore uberius & fusius disputabimus.

52. SPHÆ-

52. SPHAERIA *fragifera*.

S. composita, styliфера, plana, nigra, monosticha; stylis spermaticis e singula capsula successive protrusis, brevissimis, coadunatis.

In fragmine assulæ putrescentis quernæ vidi hanc Sphæriam, sed non integram, quare de ejus magnitudine ambitusque forma nihil pronunciare possum. Crustam autem vidi superficie scabram, nigram, quæ vero, per lentem vitream curatius investigata, tuberculis minimis, fragiformibus, nigris, dense obsita apparuit. Constat quodlibet eorum stylis spermaticis nonnullis, (6-8) ex eodem sphærulee poro iterato nisu expressis, qui cum breves admodum sint, & antequam obdurescunt, invicem leniter confluant, figuram inde fragi, seu, si mavis, nucis pineae, utrunque obtinent. Sphærulee ad aciculæ minimæ capitulum magnitudine accedentes, ovatae, atrae, laeves, nitidae, immerse sunt substantiæ apparenter cereae, coloris e cinereo in glaucum vergentis. Investitas interne sacculo Weigeliano vidi. Condonavit me peramanter exemplo hujus fungilli unico, jam descripto, clariss. Timmius, quod autumnò a se lectum testatur.

Figuræ explicatio.

Tab. XVII fig. 132.

- a. Segmentum ligni, cui innata est Sphæria.
- b. Sphæriæ recta præsectæ & a ligno separatæ frustum.
- c. Sphærulea aucta in statu fructificationis. (Demta massa Sphæriæ, seu medulla, cui immerse erat illa, & relicta modo corticis fungilli particula.)
- d. Sphærulea ampliata in eodem statu repræsentatur, dissecta directione verticali in hunc modum, ut tum corticis, medullæque Sphæriæ; tum vero & ligni, cui innati est, portiuncula oculis subjiciatur.

53. SPHAERIA *versipellis*.

S. composita, styliфера, polymorpha, convexo-bicorticata, nigra, densa, monosticha; spherulis biformibus; stylis spermaticis obsolete nodosis, subuncinatis.

Lichen-agaricus crustaceus crassus &c. *Mich. G. P. p. 104. n. 3. t. 54. f. I.*
Sphæria maxima convexa nigerrima *Hall. hist. p. 122. n. 2192.*

Sphæria

Sphaeria maxima *Web. spicil. p. 286. n. 301. Dicks. crypt. p. 23. Wigg. hof. p. 84. n. 939.*

Lycoperdon fraxineum Hudf. angl. 2. p. 641. n. 3.

Sphaeria deusta *Hoffm. crypt. I. p. 3. t. I. f. 2. Timm. Megap. p. 279. n. 1176.*

Sphaeria hæc vulgaris quidem admodum est, cum frequentissime truncis demortuis Fagorum adnata inveniatur; sed obveniunt in illa plura nondum evulgata & uberiori descriptione haud indigna. Versipellis omnino nomine insigniri mereatur, cum faciem suam ætatis decursu plus una vice mirum in modum mutet. Ineunte scilicet vere provenit specie expansi gelatinoso-tomentosi, repentis, candidi, rotundati, vel ovalis, pollicaris, bipollicaris diametri, margine repandi. Sed maculis orbicularibus aggregatis, mox distinguitur ejus superficies, ceu speculis depressis, diametro 2-4 lineari, pulvisculo amœne glanco obductis, paulatim vero perfecte sic confluentibus, ut integer expansi discus unicum speculum jam efficiat, pulvere dicto superstratum, margine tumido solum excepto, colorem nativum nondum mutante. Ætate autem appropinquante substantia fungi gelatinosa in fibrosam lentamque, quin demum in ligneam ferme Agarici quercini L. obdurescere incipit; margo autem jam lævis fit magisque repandus, quid? quod subinde inciso-lobatus. Interea discus magis explanatur simulque corrugatur in centro, ubi rugæ hæc partim in tubercula polymorpha postmodum abeunt. Superficies inferna, quæ fungus ligno stipitum adhæret, jam nigro-fusca, inæqualis & exasperata invenitur. Substantia ipsa succulenta est ac candida, inferne plerumque rubens, et punctis cum conspiciatur notata confertis, nigris, in eadem, ut videtur, serie collocatis, fasciata quasi apparet: jamque sphaerularum rudimenta ovalia, gelatinosa, dilute fusca, cernuntur. Fungus ætate eo procedens Lichenibusque coriaceis decumbentibus haud multum absimilis factus, vel excutere, vel amittere incipit pulvisculum illum glaucum, in quo pollen genuinum agnoscere parum sane abest, quin cogamur. Nunc vero tandem Sphaeriæ faciem induere hic noster occipit: discus enim, huc usque planus, jam fit convexus, centro depresso, & sic bovillum reuëm haud male refert, cum ambitus ejus plerumque sit ellipticus, auriculæ similis, in diametrum sæpe trituncialem, quin interdum quadruncialem, succrescendo dilatatae; superficie inferiore in præsentem nigra, obsolete concava, ejusque centro in formam conici brevis, inversi, umbonato, cujus, ceu radiculae, ope ligno caudicino

caudicino inhaeret nutriturque fungus. Color superficiei laevis, ne margine quidem excepto, nunc est fuscus; sed ex fusco jam in nigrum vergens. Ipsamet cuticulam sinit fungi bicorticati membranaceam, tenuem, jam colliculatam pustulis confertis, quas concient sphaerulae in medullam Sphaerae primum demersae, sed impulso intestino ad cutem ejus propius semper tendentes, usque dum papilla sua huic insigantur. Perforant, inquam, papilla cutem fungi, seu corticem ejus interiorem, sed neququam, exteriorem, seu cuticulam; hanc vero in pustulas jam memoratas, densas, hemisphaericas elevant & distendunt mole sua globuli byssini, quorum jam saepissime memini, ex orificio capsularum ante mucilaginis ipsius mentivae explosionem exsistentes. Sed cum ejusmodi globulus de more contabescat evanescatque, in loco, ubi jam pustula erat, posthac vovea cupulae forma cernitur, cujus de medullio Sphaerulae papilla atra jam protuberat. Mucilago haecce sub initium autumnii e capsulis expellitur inque speciem styli atri, scabri, seu potius leviter nodosi, (constat enim glebulis coagmentatis,) & pedetentim obdurescentis figuratur, qui pondere suo saepiuscule vel arcuatus, vel uncinatus, plerumque vero decumbens conspicitur & in minutissimum pulverem fatiscit. Et nunc confenscere incipit Sphaeria, magis magisque nempe forma ejus convexa augetur, admodum jam colliculosa quoque & angulata, simulque durior, fit deustaque videtur, & in margine saepenumero apprime undulata conspicitur; substantia ipsa, jam plane exsiccata & friabili, adeoque tandem contabescente, ut ferme non nisi cutis de ea remaneat; lamella inferna fungi ad sphaerularum basin prorsus attracta. Sphaerulae ovaes, laeves, interdum verrucis sparsis asperatae & lineam dimidiatam longae, duplicis sunt ordinis: foecundae nimirum & steriles. Priores papilla satis eminente (succrescente, ad modum aliarum, ut mihi sit verisimile) sunt instructae, & sole globulum byssinum evomentes, colliculos illos minutissimos, in epidermide fungi conspicuos, producant; posteriores non nisi papillae rudimentum producant. Epidermis demum nigra; sed cutis ipsa Sphaerae atra, resinosa, cum dissecatur, nitida cernitur & floccis albidis congeneribus, (an globulis forsitan byssinis abortivis?) intertexta. Medulla fungi tempore frutescentiae adhuc albet; sed colore jam in cinereo-fuscum aperte vergente; paulo post vero e fusco in spadiceum, badium, nigrescentem & tandem in nigrum transit. Mucilage livida plenas capsulas interdum vidi, interdum tapetio nobili Batsepii stratas, alioquin inanes.

- OBS. 1. Si pulvisculus ille glaucus, cui immixta quandoque filamenta tenuissima, araneæ filamentibus permissa, vidi, pollen Sphaeræ non est; ecquid est? Si illud autem re vera est: quid, quaeso, de globulis byssinis, ex mea hypothese polliniferis iudicandum deum erit? Heu, quantis adhuc tenebris hic omnia sunt circumfusa!
2. Memorabile & hoc mihi videtur, globulos hosce, crucem dixerim Botanicorum, in Sphaeria nostra, uti in subsequente, intercutaneos esse.
3. Descriptio Micheliæna *Lichen-Agaric. ord. II. n. 1. p. 104.* Sphaeræ nostræ faciem æstivam adumbrat, quemadmodum a nobis Fig. 129. c. est repræsentata.

Figuræ explicatio.

Tab. XVII fig. 129.

a-e. Sphaeria magnitudine naturali depicta.

- a. Recens orta, sed speculis pulverulentis jam in fungo gelatinosopubido, conspicuis.
- b. Adultior, polline discum integrum obducente, margine verum jam glabro & detumente.
- c. Aetate florens, instante fructescentiæ tempore.
- d. Confesendo tuberculoso-lobata varieque crispata.
- e. Sphaeræ verticaliter dissectæ frustulum.

f-h. Sphaeræ auctæ segmenta.

- f. Fragmentum Sphaeræ fructificantis, ad amissum præsectæ.
- g. h. Segmentum adauctius, Sphaeræ sistens cuticulam cutemque, fungi substantiam & puncta nigra (uti scilicet dissecti apparent ductus concolores, succum nutricium sphaerulis advehentes) nec non superficiem us inferiorem. Præsertim hic exhibentur dimidiatæ
- g. Sphaerula sterilis;
- h. Sphaerula fecunda, tempore fructescentiæ papilla globum byssinum jam penetrans.
- i. Sphaerula fecunda, lentis ope ampliata, uti ejus papilla post fructificationem e fundo voveae, a velo globofo, fugaci, excavatæ, eminet. (Libera sphaerula repræsentatur, corticis fungi particula solummodo huic adherente; eo consilio nempe, ut cavernula ipsa papillæque in hanc infertatio eo melius illuceant.)

54. SPHAERIA *tunicata*.

S. composita, stylo-cirrifera, subovalis, tuberoso-bicorticata, obsolete caulescens, fusca, monosticha; tunicis, ita ut sphaerulis biformibus, connatis; velis particularibus confluentibus, fugacibusque.

Valsa tuberosa Scop. carn. 2. II. p. 399. n. 1415. Sed Synonyma Mich. huc non pertinent.

Sphaeria tuberosa Tim. megap. p. 279. n. 1177.

In Sphaeria hac non minus, quam in proxime praecedente, quaedam in caeteris speciebus insolitae apparentiae obveniunt. Figura ejus plerumque ovalis, raro rotunda, semper tuberosa, creberrime aequalis; saepiuscule autem inaequalis & obsolete angulata, vertice nonnunquam depresso, cernitur. Magnitudo ejus interdum nucis Avellanae suppar est; at haud raro mensura ferme pollicaris, quin sedecim lineis aequalis, hic obtinet. Cuticula ejus fusca, sensim in spadiceum & posthac in atro-rufum colorem vergens, a cute ipsa atra inseparabilis, admodum tenuis demumque evanescens, obtegitur tomentone dicam, an pulvere? coloris est stramineo & fusco mixti, itidem evanescente: quare fungus confesescens ater glaberque apparet. In basi rudimentum caulis prominens, fuscum conspicitur, in juniore Sphaeria cylindricum; in adulta vero inverse conicum. Constructio interna hanc speciem a caeteris omnibus, mihi quidem notis, nomine plus uno separat. Primum enim fungi substantia tota quanta, ad effigiem ferme bulbi tunicati, conca-merationibus concentricis quibusdam (4-6) magnitudine variis, h. e. alia semper ab alia ampliori inclusa, invicemque connatis constat. In his, capacissimo, seu extimo, fornice excepto, qui sphaerulas extemplo describendas fovet, totidem tabulata, seu receptacula capsularum abortiva, conspicies: sphaerulis scilicet, quibus excipiendis destinata videntur, nunquam comparentibus, seu potius nunquam existentibus; sed alveolis modo earum continuus, cortici cuidam imperfecto, atro, subnatis, comparentibus. Contabescunt quodammodo alveoli hi, seu texturae levidensis septulae, & succedente tempore colorem candidum cum nigro commutant, quod cum factum est, substantia in massam pulverulentam carbonariam convertitur; centrum vero fungi arescentis plerumque excavatur & saepe admodum dehiscit. Ad sphaerulas autem, uno eodemque ordine, ut jam commemoravimus, immediateque sub cortice cellulis suis densissime collocatas, quod attinet, omnes omnino qui-

Figure

H 2

DENDRO

dem obovatae, laeves nigraeque cernuntur; sed biformatae: foecundae partim scilicet, partim steriles, quarum priores solae papilla visibili gaudent. Evomunt haec sub specie globuli byssini araneosam illam, cujus jam saepius facta est mentio, telam; congeries autem horum globulorum, confertim excretorum, contabescendo confluit in membranulam niveam, tenerimam, intercutem: h. e. inter corticem atrum pulpaque fungi circumcirca diffusam, at haud ita brevi post evanescentem. Sphaerulae caeterum inter se non solum lateribus sunt connatae; sed basi insuper a substantia has excipiente mordicus tenentur. Mucilage istas spermatophora confueta repletas, & saepius tapetio nobili Batsehiano interne anlatae vidi. Liquor ille feminalis e capsularum papillis, cutem fungi, alioquin aequalem, modo vix visibili penetrantibus, sili, seu styli, tenuis, nodosi atrique forma scaturit. Nonnunquam hujusmodi styli spermatici perquam elongati sunt, & tum in cirri modum crispantur; nonnunquam contra modicae altitudinis, & tum vel subrectos, vel arcuatos, vel obuncos invenies; at verum maxima eorum pars cito decumbit. Textura est illis tam tenera, ut vel levissimo succussu protinus toti corraunt, in pulvisculum resoluti: in singula nimirum femina, atra quidem, si nudis oculis adspiciuntur; violacei autem saturatissimi gratissimique coloris, si per lentem ea collustrantur. Fungus minime rarus, polyspermus, sparsim, quandoque confertim, quin fasciculatim, innascitur stipitibus ramisque aridis Betulae, nec non Alni, forte & aliarum arborum, Septembri mense fructificans.

Obs. 1. En hic exemplum luculentum veli intercutanei! Fortassis stratum illud, in quo interdum Sphaeriarum compositarum capsule demeritae latent, (*Hoffm. crypt. I. Praef. p. V.*) nil, nisi ex ejusmodi velorum partialium confluxu obortum expansum foecundans vel hujus analogum quid, est: tum vero cum Viri acutissimi theoria fructificationis, generi huic peculiari, hypothesis nostra de globulis byssinis complanandis, eoa velis foecundantibus, admodum consentanea foret.

2. Ex jam memorati expansi in hac specie ortu ac facie elucescit, massam illam, e globulis colliquescendo coadunatis, albis, conflatam, quam e Sphaeria fissivela proutbarare supra (p. 18.) annotavimus, nil, nisi simile velum, esse posse.

3. Pulvere viridi hanc Sphaeriam, uti praecedentem, extremo aetatis gradu saepius confertam vidi, forte notabili. Conf. *Hoffm. crypt. I. p. 5. obs.*

Figurae

Figurae explicatio.

Tab. XVII fig. 130.

a-e. Sphaeriam naturali magnitudine depictam exhibent.

a. Sphaeræ tres: duæ protuberantes; tertia jam adolescente.

b. Sphaeria adulta, qualis in Betulis fit obviam.

c. Eadem ad amissim dissecta, in qua concamerationum concentricarum habitus illucet.

d. Sphaeria fructificans. (Exemplo, quod hic depictum exhibemus, ex Albo exsiccata decerpto.)

e. Sphaeræ geminæ connatæ, (Alni antea incolæ,) corticis fungi particula devulsa: qua in plaga jam emicant globuli nivei, e capsulis emerit, confluenso membranam intercutem, byssinam, fugacem, procreantes.

f. Segmen adauctum ejusdem Sphaeræ, plagam jam dictam, cortice ibi eliso albertem, complectens, quod eo consilio oculis hic oblique obvertitur, ut cortex fungi duplex, necnon membrana illa nivea apposite in hos incurrat.

g. Sphaerularum ampliatarum rectaque dissectarum trias, media sæcunda fructificante; utraque vero laterali sterili.



H 5

ADDENDA

ADDENDA ET EMENDANDA.

Pag. 8. SPHAERIA mollis. Allucinans Sphaeriam hanc dixi perforatam; clausa enim est, uti e *Tab. IX fig. 66. b. c.* elucet; papillæ verum solummodo nitent. Maximam alias Sphaeræ globularis *Batfch. cont. I. p. 271. t. 30. f. 180.* (probe mihi notæ) similitudinem gerit; sed nostra crustam nequiquam constituit; nec dura; neque interna ejus superficies atrii coloris est. Cæterum Sphaeræ simplices, clausæ, molles, seu non duræ, nec friabiles, quarum superficies convexa nigra; concava vero fusca cernitur, & quæ massa plerumque inveniuntur repletæ relaxa, corruente, familiam Sphaeriarum peculiarem constituere videntur, ad quam forte et Vermicularia hispida (*Fesch. I. p. 32. t. 6. f. 48*) pertinet.

Pag. 9. SPHAERIA cinnabarina. E figura verticis depresso patet, Sphaeriam hanc ad collabescentes esse referendam & forma primitus gaudere perfecte ovali. Adumbratio verum verticis deprelli *Tab. IX. fig. 68. c.* non utique ex sententia successit; vereor certe, ne pertulus potius, quam deprellus multis videatur.

Pag. 10. SPHAERIA byssifeda β. Figura Sphaeræ globosa; interdum globuli confertim & eo pacto nascuntur, ut ferme crustam ex iis conflatam invenias. Color expansi byssacei, cui insident, ad spadiceum valde accedit terræ colonienfis adultæ, tandem vero nigrescit.

Pag. 16. SPHAERIA mucida γ. Admodum cum Sphaeria confluenta *Willden. berol. n. 1212* concinit; sed nostra papillata est. Segregandam autem, omnibus perpenfis, varietatem hanc a duabus prioribus jam judico.

Pag. 17. SPHAERIA inquinans. Dubium adhuc videri potest, utrum integumentum illud albidum, hispidum, Sphaeriam externe obducens (*Tab. X fig. 85. d.*) pro aggregatis solummodo alburni elisi ramentis; an potius pro vera volva haberi debeat. Seminum autem pastillos, forma cylindrica explosos, postmodum & in

ADDENDA

H

com-

compluribus Sphaeræ speciebus obvios habui; sed intermixtos interdum aliis globosis majuscule molis. Unde verum ejusmodi insolens commixtura? Caligere me ad hæc ingenue confiteor.

Pag. 18. SPHAERIA *fissivela*. Coacervata perneram descripta pictaque sistitur; est enim, ut perquisite eam iterum rimando didici, e compositarum numero: globulis scilicet, seu sphaerulis, ut in Sphaeria decidua, Ribis, cæter. substantiæ Sphaeræ concolori, ceu receptaculo communi, infixis.

Pag. 19. SPHAERIA *confluens*. Non semper volva illius candida fugax esse videtur; possideo certe exempla sexennalia, in quibus integumentum hoc adhuc fartum testumque apparet. De reliquo minime confundenda est Sphaeria nostra cum conflente Willd. jam jam excitata.

Pag. 23. SPHAERIA *talus*. Figuræ explicationi addatur:
f. Sphaerula libera, ut mole aucta apparet.

Pag. 27. SPHAERIA *natans*. Semina, ut nupera observatione mihi innotuit, in formam globuli compacta, nigri, sed ad virorem aquae marinæ vergentis coloris, propellit.

Pag. 29. SPHAERIA *radians*. Viscus hoc radians in fungo obnescente sensim disparet, in juniore vero ac adulto est evidentissimum. Radiantem autem nominare malui Sphaeriam, quam radiatam, præcipue hac de causa, quod nucleus ejus albus stellæ instar extra atra fungilli irradiare quasi videatur.

Pag. 30. SPHAERIA *lenta*. Substantia hujus Sphaeræ lenta quidem admodum est; ast non fibrosa: temporis progressu duritiem Sclerotiorum acquirat. Jamque scio, sphaerulas adultas nigrescere, globosa forma nunquam immutata. Verum enim vero cuti Sphaeræ tam prope tum subjacent, ut ferme concretæ cum illa videantur. Fructificatio pulverulenta, ut reliquorum Hypoxylorum.

Pag. 31. SPHAERIA *decidua*. In delineatione Sphaeræ hujus perfectæ (Tab. XIII. fig. 104. c.) receptaculum capsularum nimis convexum crassumque evasit;

evafit; feu ad hoc relata sphæularum moles nimis valde est imminuta. Quod reliquum est, parum abest, quin mihi persuadeam, Sphæriam deciduam aequè, ac, quæ proxime ad illam accedit, Sph. cucurbitulam, a plantarum conquistoribus bene multis pro Sphæria Mori *Weig.* haberi; cum tamen hæc a Viro maxime perspicaci expressis verbis simplex declaretur: sed fieri omnino perfacile potest, ut qui in Sphæriam nostram incidit, ad receptaculum capsularum, sub cuticula arborea delitescens hisque superne dense obfitum, non advertat.



INDEX.

INDEX.

<p>XXII. EPICHYSIVM Trichterschwamm. 1 1. argenteum. 1 XXIII. PERICONIA PuderSchimmel. 2 1. lichenoides. 2 XIII. HYSTERIVM VenusSchwamm. 3 1. candidum. 3 2. caeruleum. 3 3. nigrum. 5 XXIV. HYDROPHORA TropfenSchim- mel 1. minima. 6 2. tenella. 6 3. stercorea. 7 XXV. SPHAERIA. 7 1. mollis. 8 2. tristis. 9 3. cinnabarina. 9 4. bysifida 10 α. grisea. β. fusca. 5. mobilis. 11 6. porphyrogona. 12 7. macrostoma. α. nigra. β. fusca. 13 γ. nigro-fusca. δ. libera. ε. pileata.</p>	<p>I</p>	<p>8. rostrata. p 14 α. atra. β. nigro-fusca. 9. comata 15 α. atra. β. fusca. 10. mucida. 16 α. cinerea. β. alba. 16 γ. fusca. 11. calva. 12. hispida. 17 13. inquinans. 18 14. fissivela. 18 15. confluens. 19 16. artocreas. 20 17. complanata. 21 18. episphaeria. 21 19. moriformis. 22 α. vulgaris. β. fasciculata. 23 γ. globosa. 20. talus. α. cylindrica. 24 β. sulcata. γ. pileata. δ. licheniformis. 25 ε. conferta. 26 21. pla-</p>
---	----------	--











21. placenta.		42. dubia.	p. 45
22. natans.	27	43. penetrans	
23. aeruginosa.		<i>α. Patella.</i>	
24. castorea.	28	<i>β. compressa.</i>	46
25. radians.	29	44. Peziza.	
26. lenta.	30	45. Acrospermum	47
27. Ribis.	31	<i>α. nigra.</i>	
28. decidua.		<i>β. tricolor.</i>	48
29. atro-purpurea.	32	46. gelatinosa	
30. macula.	33	<i>α. lutea.</i>	
31. cancellata.	34	<i>β. viridis.</i>	49
32. inhibita.	36	47. gnomon.	50
33. succenturiata.	37	48. Lingam.	51
34. cucurbitula	38	49. tubaeformis.	
<i>α. flavescens.</i>		50. hyltrix.	53
<i>β. nigrescens.</i>	39	51. Ceratospermum	
35. convergens.		<i>α. frigida.</i>	54
36. sanguinaria.	40	<i>β. farcta.</i>	
37. caespitosa.	41	52. fragifera.	55
38. cylindrica.	42	53. veripellis.	
39. parabolica.	43	54. tunicata.	59
40. conica.	44		
41. subulata.			

ERRATA.

- Pag. V lin. 2 loco spcieofis lege speciofis
VIII — 3 — Proceminari — Procemiari; humatate — humanitate
2 — 17 — fessilibus — sessilibus
6 — 27 — florcorea — stercorea
7 — 1 voci prævio subjungatur comma.
8 — 5 loco annumerari lege annumeravi
14 — 27 — agmino — agmine
Ibid. — penult. — tribus — duobus
15 — post vocem globosa addatur clausa,
Ibid. — 17 loco M lege X
16 — ult. — superiori,, „inferiori lege superiore,, „inferiore
25 — 11 — fiat lege fiat
Ibid. — 13 — qua — quo
28 — 21 post vocem fungi inferendum est fusca
32 — penult. loco fulvus lege fulva est
33 — 15 post vocem singulis deleatur comma.
35 — 4 loco fibræ lege fibræ
Ibid. — 9 — ablescente — albescente
37 — 10 — fuscescens — fuscescens
45 — 16 — puivisculo — pulvisculo
Ibid. — 23 — globoso acuminata — globoso-acuminata
46 — antepenult. — croceo miniatæ — croceo-miniatæ
51 — 13 post orbicularem inferendum est ora
Ibid. — antepenult. post fulva omissum est comma.
55 — 25 loco innati lege innata
56 — 13. 27 — glanco, glancum — glauco, glaucum.
57 — 19 delendum est comma post ipsa.
59 — 9 loco speciepus lege speciebus
60 — 29 — facie — facie.
-

ERRATA.

Tab. V lin. 2 loco *fenestra* leg. *fenestra*
VIII — 3 — *perennans* — *perennans* — *perennans*
— 17 — *fenestra* — *fenestra*
— 27 — *fenestra* — *fenestra*
— 1 — *fenestra* — *fenestra*
— 2 — *fenestra* — *fenestra*
— 3 — *fenestra* — *fenestra*
— 4 — *fenestra* — *fenestra*
— 5 — *fenestra* — *fenestra*
— 6 — *fenestra* — *fenestra*
— 7 — *fenestra* — *fenestra*
— 8 — *fenestra* — *fenestra*
— 9 — *fenestra* — *fenestra*
— 10 — *fenestra* — *fenestra*
— 11 — *fenestra* — *fenestra*
— 12 — *fenestra* — *fenestra*
— 13 — *fenestra* — *fenestra*
— 14 — *fenestra* — *fenestra*
— 15 — *fenestra* — *fenestra*
— 16 — *fenestra* — *fenestra*
— 17 — *fenestra* — *fenestra*
— 18 — *fenestra* — *fenestra*
— 19 — *fenestra* — *fenestra*
— 20 — *fenestra* — *fenestra*
— 21 — *fenestra* — *fenestra*
— 22 — *fenestra* — *fenestra*
— 23 — *fenestra* — *fenestra*
— 24 — *fenestra* — *fenestra*
— 25 — *fenestra* — *fenestra*
— 26 — *fenestra* — *fenestra*
— 27 — *fenestra* — *fenestra*
— 28 — *fenestra* — *fenestra*
— 29 — *fenestra* — *fenestra*
— 30 — *fenestra* — *fenestra*



J. M. F. del.

Reg. h.






H. Fuchs del.

B. ff.


PLATE






J.M. Sauter del.


Sculp. B.






H. G. Tode del.


Reyn. sculp.






H. F. Tode del.


R. sc.






H. J. Fodor del.

Sc. G.






109 a



109 b



109 c




109 a

109 e



109 d



110 b




110 c

110 a



111 b



111 c



110 d



111 a



111 d




113 b


113 a



112 a



112 c




112 c

113 e



113 c



112 d



112 b















113 d

H.F. Tode del.


Respr. Hoffm.






K. J. Fiedler del.


Sculp. G.







H. J. Focke del.

Reisp. 1846






129a



129b




129c

129b



130a




129g


129c



129f




129d



130b

130c

130d




129f



130e



130g



132c



132d

131d


131a

132a

131b




132b




R. E.

N. J. Tode del.

1767







Sb 4370

(112)




f

Sb.

WIP

10.10.





FVNGI MECKLENBURGENSES SELECTI.

AVCTORE
HENRICO IVLIO TODE
SYNODI WITTENBURGENSIS PRAEPOSITO ET V. D. APVD
PRITZIERENSES MINISTRO. SOCIET. BEROL. AMIC.
NAT. CVR. NEC NON NAT. CVR. HALENS. SOD.



FASCICVLVS II.
GENERVM NOVORVM APPENDICEM ET SPHAERIARVM
ACAVLIVM SVBORDINES III PRIORES
COMPLECTENS.

TABVLIS X AENEIS ADIECTIS.

LVNEBVIRGI 1791.
APVD IOH. FRIED. GVIL. LEMKE.

